

# PIUS VI.

## ANNO QUINTO



Die die  
25 februarii  
1779.  
Anno V.

**CXCVI.**  
Indultum ornandi in diebus solemnioribus altare s. Seraphini principalis patroni pretiosis suppellectilibus pro confraternitate s. Seraphini in ecclesia fratrum Cappuccinorum civitatis Lucanæ erecta, non obstantibus constitutionibus dicti ordinis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Protonium.

§. 1. In supremo militantis Ecclesie solio per ineffabilem divinæ clementiæ providentiam, meritis licet imparibus constituti, ac pastoralis sollicitudinis officium, quantum in Domino possumus, omni ex parte implere satagentes ea interdum, quæ alias sapienter a prædecessoribus Nostris fuerunt constituta ob incostantem hujus sæculi rerum, et temporum conditionem immutare, ac etiam moderari tenemur; tunc potissimum cum ad augendum divinum cultum, sanctorum venerationem, et ecclesiarum decorem, et ornatum comparandum magis magisque in Domino profutura conspicimus,

Expositio precum porrectam a sodalibus confraternitatis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii congregati societatis sub invocatione sancti Seraphini a monte Granaro in ecclesia conventus fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum civitatis Lucanæ, canonice, ut asseritur, erectæ, quod cum inter cætera munera, ac oblationes, quæ vel ab ipsa societate, vel etiam ab aliorum Christifidelium pietate altare sancti Seraphini illorum patroni principalis jugiter efferuntur, interdum etiam ex sacræ suppellectiles donentur, quæ tum regulari paupertati ecclesiarum, et altarium fratrum ordinis prædicti, tum illius constitutio-

nibus, haud quaquam congruere videntur, eaque propter nonnulli inter religiosos prædictos regularis observantiæ solliciti sectatores offendantur, hinc, ut omnibus molestiis, ac vexationibus, quæ exinde in posterum forsan oriri facile possent, pro eorum religione obviam ire cupientes, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolicâ dignaremur.

§. 3. Nos igitur sanctorum hominum, qui suis heroicis virtutibus militentem Dei Ecclesiam illustrarunt, venerationem nunquam satis promoveri arbitantes, ut Christifideles eorum exemplo inducti, ac patrocinio, et intercessione adversus sæculares illecebras adjuti propius in vita bona Deo famulentur, prædecessorum Nostrorum vestigia sectantes, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati congregatis prædictis, ut in posterum in omnibus solemnitatibus, quæ ad altare sancti Seraphini eorum principalis patroni in memorata ecclesia fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum civitatis Lucanæ celebrabuntur, suppellectilibus, ac sacris ornatis, qui vel a fidelium pietate erunt oblatis, vel etiam ab eis comparabuntur, quamquam pretiosis, et religiosi paupertati, quam de cætero fratres Cappuccini prædicti in propriis servant ecclesiis, insolitis uti libere, et licite possint ac valeant, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Cæterum in

Tenor indulti et dispensationis.

quocumque alio die, et signanter feriato, suppellectilium ornatum simplicem, et ecclesie Cappuccinorum omnimode congruentem in supradicto altari servandum precipimus, et mandamus.

*Clausula subblata, et deprecata irritans.*

§. 4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Derogatio contrariorum.*

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum die vicesima quinta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.



CXCVII.

Dat. die  
25 februarii  
1779  
Anno V.

Monialibus monasterii beatæ Mariæ virginis de Bono Consilio oppidi Coræ Veliternensis diœcesis conceditur jus stipem emendicandi in oppido et territorio Coræ alias ad ordinem s. Antonii Viennensis tunc suppressum spectans.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Ad universam agri Domini curam, et inspectionem ubi primum fuimus ex divina bonitatis consilio, nulloque Nobis assistente meritorum suffragio vocati, nedum Nos plane ad hoc constitutos esse intelleximus, ut iuxta verbum propheticum prava germina evellere, ac noxia quæque curaremus destruere, ut fructuosa plantaremus, atque ædificaremus utilia, sed vicissim agnovimus vigils esse, et industriosi agricolæ studium præcipuum, ut ubi inspexerit partem aliquam ipsius agri bonis undique arboribus florentem, omnes in eam partoralis sollicitudinis partes impendere, ut sic de duplicatis laboribus, ac industriis abundantem fructum percipiat.

*Procurator*

§. 2. Cum itaque Nobis nuper pro parte dilectarum filiarum superiorissæ et monialium monasterii beatæ Mariæ virginis de Bono Consilio nuncupatarum, et sancti Josephi tertii ordinis sancti Francisci in oppido Coræ Veliternensis diœcesis existentis expositum fuit, quod alias per Nostras literas die decima septima decembris anni 1777 sub plumbo datas eidem monasterio bona una cum creditis inexactis in territorio oppidi prædicti sita, et ad ordinem canonicorum sancti Antonii Viennensem nuncupatum, et per Nos suppressum, atque extinctum spectantia univimus, adneximus, et incorporavimus. Verum sicut eadem expositio subungebat cum bonis prædictis ecclesia sit adnexa, in qua solemnè pompa sancti Antonii abbas festum celebrare per prædicti ordinis professores consueverat, ac etiam benedictiones cum speciali Christianifidelium fiducia super animalia quæque impendere, et spontaneas oblationes, et elemosynas a fidelibus pro gratiarum actionibus per emendicationem quoque stipis, vulgo *questua* in eodem oppido, et territorio percipere, hinc superiorissa, ac moniales monasterii præ-

*Expositio precum a monialibus parrectarum.*

dicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui personas sub suavi religionis jugo Deo propriis famulantes, monasterium vero prædictum speciali, ac vere paterna charitate complectimur, ac ex nova Nostræ hujus apostolicæ liberalitatis munificencia uberiores fructus speramus, et specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus Nobis humiliter correctis inclinati, eisdem superiorissæ, et monialibus monasterii prædicti, ut ipsæ die festo sancti Antonii, ut moris fuit, et quoties id requiratur, ac etiam in loco ubi animalia degunt, intra limites tamen oppidi, et territorii prædicti, consueto sacro ritu benedictiones per earumdem monialium ordinarium confessorium, aut alium presbyterum sæcularem illarum ecclesiæ servitio addictum private, et quibusvis aliis exclusis impendere, atque spontaneas oblationes, vel etiam per stypis emendicationem a fidelibus donatas percipere libere, et licite possint, ac valeant auctoritate Nostræ apostolicæ tenore præsentium tribuimus, et impertimur. In Domino tamen moniales ipsas hortamur, ut omnipotenti Deo piarum personarum vota commendent, et ob sancti Antonii merita exquisitas gratias pro iis effuso animo postulare non desinant.

Clausula annullata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quinta

februarii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CXCVIII

Facultas procuratori generali monachorum ordinis Cisterciensis provincie Romanæ erigendi novum monasterium, et construendi novam ecclesiam de domo ab eodem empta in platea vulgo delle Carrette urbis, ibique monachos monasterii s. Viti ejusdem urbis transferendi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Pius religiosorum votis, quæ divini cultus incrementum, religionisque prorogationem respiciunt, quo impedimenti sublatis, optatum sortiantur effectum, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Amadeus Piermartini monachus expresse professus ordinis Cisterciensis, ac modernus procurator generalis ordinis prædicti provincie Romanæ, quod alias felicis recordationis Clemens pp. XIII. prædecessor Noster, ab anno usque MDCCLXI. provinciam Romanam monachorum ordinis præfati ab aliis provinciis ejusdem ordinis divisit, ac separavit: voluitque propterea, quod abbas pro tempore existens monasterii s. Viti almæ Nostræ urbis nuncupati esset ejusdem provincie procurator generalis.

Refert quomodo Clem. XIII Romanam provinciam monachorum divisit.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, quemadmodum tractu temporis deprehensa est perutilis separatio prædicta, sic nimis incommoda procuratoris generalis prædicti in monasterio sancti Viti habitatio; quocirca monachi monasterii prædicti novum monasterium in aptiori loco urbis erigere constituerunt, et ad hunc effectum domum cum viridario, omnibusque numeris absolutam in platea vulgo delle Carrette nuper emerint, hinc eam in novum monasterium domum prædictam erigi posse plurimum desiderat, atque monasterium prædictum sancti Viti subinde alienare, vendere, et in alios usus distrahere possit, et valeat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut

Explicat necessitatem novi construendi monasterii pro residentia procuratoris generalis.

infra indulgere de benignitate apostolica dignoremur.

Pontifex concessit licentiam pro nova constructione, et dat facultatem alienandi vetus monasterium.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem procuratori generali, ut novum monasterium pro monachis provincie Romanæ prædictæ de dicta domo erigere, ibique ecclesiam de novo construere libere, ac licite possit, et valeat; ita ut monasterium sic erectum, ac ecclesia sic constructa omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, et indultis, quibus nunc monasterium, et ecclesia memorata sancti Viti urbis utitur, fruatur, ac gaudet, vel etiam aliâ monasteria prædicta ordinis Cisterciensis provincie Romanæ tam de jure, usû, et consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, in omnibus, et per omnia utantur, fruantur, et gaudeant, et insuper, ut monasterium prædictum sancti Viti alienare, vendere, et in alios usus distrahere possit auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Præcipit literas semper esse exequendas.

§. 4. Decernentes has præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Et aliter judicandi a quoque admittit facultatem.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in contrarium facientibus derogat.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provincie huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis

decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficientes expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quinta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CXCIX.

Dat. die  
3. martii  
1779.  
Anno V.

Concessio indulgentiæ plenariæ consequendæ ab eis, qui visitaverint aliquam ex ecclesiis regularium ordinis sancti Augustini occasione capituli generalis.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis, salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum sicut accepimus capitulum generale canonicorum regularium sanctissimi Salvatoris ordinis sancti Augustini in Ecclesia, seu domo sancti Salvatoris canonicorum regularium hujusmodi civitatis Bononiensis prope diem benedicente Domino celebrandum sit, Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendum fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesie thesauris, pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum canonicorum regularium sanctissimi Salvatoris ordinis sancti Augustini, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 2. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

Duratio concessionis, et

*fides habenda transumptis*

Volumus autem, ut si pro impetratione, admissione, seu publicatione presentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur presentes nullæ sint, utque earundem presentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia martii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CC.

*Dat. die 6 martii 1779. Anno V.*

Facultas archiepiscopis, et episcopis regnorum Portugalliæ reducendi extra synodum onera pia, ac missas primogenituris annexis.

Venerabilibus fratribus patriarchæ, archiepiscopis, et episcopis in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis existentibus.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Nuper pro parte carissimæ in Christo filiæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ Nobis expositum fuit, plures in Portugalliæ et Algarbiorum regnis supremo ejus dominio subjectis primogenituras, et majoratus existere, adeo piis oneribus gravatos, ut vix, ac ne vix quidem hæreditariæ vires pro adimplemento sufficiant. Opportunum igitur exoptans remedium Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitatibus vestris tamquam Nostris, et apostolicæ Sedis delegatis, quatenus tam grave, ex variis testatorum relictis impositum sit onus, ut illis intra vires hæreditarias cujuscumque majoratus, seu primogenituræ nequeat satisfieri, semel extra Synodum statuendi, re diligenter perspecta, pro vestra conscientia quidquid ma-

*Boll. Rom. Tom. VI.*

gis ad Dei honorem, et ecclesiarum utilitatem videritis expediri, facultatem auctoritate apostolica, tenore presentium concedimus, tribuimus, et impertimur.

§. 3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos de presenti spectat, et in futurum quomocumque spectabit, plenissime suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus quorumcumque testatorum ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in Tridentina synodo, ceterisque universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

*Clausula salutare pro plena constitutionis observantia.*

*Clausula salutare, et irritantes.*

*Derogatio contrariorum.*

*Status primogeniturarum, ac majoratum exponitur.*

*Commissio porrecta ad ordinarios, ut tamquam apostolici delegati pro eorum prudentia opera imminuant.*

Dat. die  
6. martii.  
1779.  
Anno V.

CCL.

Reductio onerum primogenituris  
adnexorum in regnis Portugalliæ.

Pius pp. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor legis  
latæ super oneribus primogeniturarum.

§. 1. Cum Nobis expositum fuerit vigore cuiusdam legis, et nonnullarum conditionum intuitu bona primogenituris, et majoratibus subiecta in regnis carissimæ in Christo filix Nostræ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ a piis oneribus declarata fuisse exempta; cumque in ipso sui regni exordio ipsa piissima fidelissima regina legem illam de medio tollere curaverit; Nobis demum supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Sanat pontifex  
defectus inadimplenti  
legis.

§. 2. Nos igitur supplicationibus huiusmodi inclinati, eandemque carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Franciscam reginam fidelissimam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et ejus singularem personam a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, nullitatem omnem, quæ propter juris, et facti defectus ex prædicta lege quomodolibet intervenerit, quousque lex ipsa, utcumque abusive viguit, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium sanamus, et neminem ob onerum adimplementum vigore dictæ legis suspensum in pœnas a sacris canonibus, aliisque ecclesiasticis constitutionibus impositas, incurrisse declaramus.

Declarat ordi-  
nariis concessum  
fore ut  
etiam extra syn-  
odum onera  
imminuant pro  
eorum prudentia

§. 3. Quoniam vero Nobis expositum fuit, quamplures revera primogenituras, et majoratus in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis extare, ultra vires hæreditarias piis oneribus gravatos, adeo ut ipsorum onerum adimplementum facile neglectum censi debeat. Hinc, ut etiam pro futuro omne tollatur conscientix scrupulum, eidemque carissimæ in Christo filix Nostræ reginæ fidelissimæ, suisque subditis nulla remaneat de onerum adimplemento dubietas, per alias Nostras in simili forma Brevis literas expeditas patriarchæ omnibusque archiepiscopis, et episco-

pis in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis existentibus auctoritate Nostra apostolica facultatem concedimus, ut semel extra synodum juxta datam eis a Domino prudentiam, et rerum circumstantias, omnibus debite perpensis, tamquam Nostri, et apostolicæ Sedis delegati missarum, et quorumcumque piorum onerum quantitatem, habita ratione ad majoratum, et primogeniturarum vires, et redditus reducere, et imminuere libere, et licite possint ac valeant.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat de præsentibus, et in futurum quomodocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tatur irritans.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, quorumcumque testatorum, qui primogenituras, seu majoratus missarum, aliorumque onerum gravatas reliquerint etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse deroga-

Derogatio con-  
trarium.

mus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CCII.

Redditus bonorum alias pro erectione seminarii in civitate Lisbonensi assignati; iidem redditus in posterum applicantur pro restauratione cathedralis ejusdem civitatis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. In supremo militantis Ecclesiæ solio per ineffabilem divinæ clementiæ abundantiam, meritis licet imparibus, constituti, ecclesiastica emolumenta, quæ certis usibus sapienter a prædecessoribus Nostri fuerunt attributa, in alios interdum majoris momenti usus, juxta temporum circumstantias, urgentibus necessitatibus, libenter convertimus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit carissima in Christo filia Nostra Maria Francisca regina fidelissima, quod alias per literas in simili forma Brevis a prædecessoribus Nostri clame: Joanni V., dum vixit, regi fidelissimo expeditas pro erectione patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis, vetus cathedralis ecclesia ejusdem civitatis fuerit extincta, ac suppressa, ejusque capitulo, aliud basilicæ sanctæ Mariæ capitulum fuerit subrogatum, novumque seminarium erat ædificandum, pro quo patriarchalis domus nonnullæ suppressi capituli præbendæ, redditusque aliquarum ecclesiarum fuerunt assignati. Verum, sicut eadem expositio subungebat, cum seminarii prædicti erectio nondum peracta sit, redditus vero prædicti in alios usus, fuerint distracti, Nobis humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica digneremur.

§. 3. Nos igitur illius votis, quantum in Domino possumus annuere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis,

Bull. Rom. Tom. VI.

si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, nullitatem, et nullitates omnes juris, vel facti, tam quoad reddituum suppressæ cathedralis, ejusque præbendarum erogationem nunc usque peractam, quam pro non adimpleta seminarii erectione, auctoritate apostolica, tenore præsentium sanamus; fructus autem, seu proventus in posterum exigendos, ac decurrendos in dictæ cathedralis reedificatione, seu restauratione erogari, ac impendi posse, eadem auctoritate harum serie concedimus, et indulgemus. Qua quidem cathedrali absoluta, omnes iidem fructus, ac proventus jam alias pro seminarii erectione assignati, vel pro eodem seminario, vel in alterius ecclesiæ beneficium arbitrio ejusdem carissimæ in Christo filiæ Nostræ reginæ fidelissimæ, ejusque successorum sicut assignandi, pro quibus omnibus plenam facultatem ex nunc tribuimus, et impertimur.

§. 4. Non obstantibus præmissis clame: Joanni V. a prædecessoribus Nostri expeditis literis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac etiam jaramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis; et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo nono pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio communi.

Dat. die  
6. martii  
1779  
Anno V.

Proemium

Tenor præsentium pro commutatione reddituum.

Tenor commutationis, cum suis declarationibus.

CCIII.

Dat. die  
6 martii  
1779.  
Anno V.

Sanatio, et indultum quoad bona societatis Jesu suppressæ in regnis Portugalliae, et Algarbiorum existentia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quomodo Romana Ecclesia magistra sit de operibus fidei declaratur.

§. 1. Romanam Ecclesiam ideo matrem, et magistram constituit Christus Dominus, ut per eam, quæ ubique a fidelibus gerenda sunt, ordinentur, vel etiam errata corrigantur in melius, quin liceat irrationabili arbitrio aliquid immutari; quoties confusa libertas, si aliorum voto dissentiant, aut in aliorum scandalum sine justis discretionibus libraminis commendanda supprimeret, aut minus digna laudibus indebitis celebrarent.

Dannat Portugallias fisco ex quo bona congregationis sibi ad iudicaverit.

§. 2. Nuper in tristitia cordis Nostræ accepimus, bona ad suppressam societatem Jesu spectantia, et in Portugalliae, et Algarbiorum regnis existentia, vel ex asserto quodam reversionis jure, vel quocumque alio prætextu regio fisco fuisse addicta, una de onerum satisfactione, et adimplemento retenta lege, brevi tamen ejusdem fisci administratores sua, non quæ Jesu Christi quærentes, aliquam eorumdem honorum partem, vel per contractum, vel per gratuitam donationem distraxerunt, nulla amplius de piis oneribus, quibus eadem bona essent gravata habita ratione, neglectoque penitus eorumdem onerum adimplemento. Eximia sane carissimæ in Christo filiae Nostræ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ religio fuit, ac sollicitudo pro inquirenda de bonorum qualitate, et natura, veritate, pluresque spectatissimos viros selegit, qui nunciarent, quæ ex dictis bonis, vel libera, vel piis oneribus essent gravata: sed irrita prorsus impensa studia, nulla enim bonorum divisio, nisi labore summo, incertoque exitu confici potest. Nobis igitur eadem carissima in Christo filia Nostra regina fidelissima humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Sanat nullitates occurras in alienationibus,

§. 3. Nos autem boni patris familiarum munere fungi quotidie satagentes,

et illius vices, (meritis licet imparibus) gerentes, cujus misericordiarum non est numerus, et infinitus est thesaurus supplicationibus hujusmodi inclinati, ejusdem carissimæ in Christo filiae Nostræ reginæ fidelissimæ votis annuere, quantum in Domino possumus, sincere cupientes, tenore præsentium, deque apostolicæ auctoritatis plenitudine, nullitatem, et nullitates quascumque, quæ in dictorum honorum alias suppressæ societati Jesu spectantium alienationibus, et distractionibus quibuscumque intervenisse dici, cæseri, seu prætendi possent, sanamus, penitusque tollimus, omnesque juris, et facti defectus supplemus. Cum vero aliqua ex dictis bonis distracta, et alienata inveniantur, nulla onerum habita ratione, nihil super dictis bonis de novo imponere intendimus; sed ab iis perpetuis futuris temporibus prorsus libera, et exempta declaramus.

§. 4. Verum, cum adhuc aliqua nec exigua eorumdem honorum portio regio fisco unita remaneat, volumus, ac præcipimus ea in posterum eroganda esse in alimenta, et commodam vitæ sustentationem individuorum suppressæ societatis Jesu, qui alias in regnis prædictis commorabantur, quique modo supersunt, nec non restituendis pecuniarum summis ad Nostram cameram apostolicam in sumptis pro ipsis alendis individuis tam longo annorum spatio, quo a regio ærario non fuerat eisdem consultum, quibus omnibus prædictis individuis deficientibus, et cameræ Nostræ apostolicæ dictis præstationibus integre restitutis, tunc, ut ad alios pios usus arbitrio ejusdem carissimæ in Christo filiae Nostræ reginæ fidelissimæ, ejusque successorum assignari eadem bona suppressæ societatis Jesu, et applicari possint, eadem auctoritate libenter concedimus, et impertimur.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanc. Rom. Eccl. cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi fa-

et bona vendita libera declaratur.

Ex bonis non alienatis præcipit quod alimenta præbeantur individuis suppressæ societatis, et reintegretur camera apostolica pro alimentis in præteritum subministratis.

Clauula salutaris et irritans.



cultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, quorumcumque testatorum, qui missarum, aliorumque onera per suppressæ societatis Jesu individuos, vel in eorum ecclesiis adimplenda reliquerint etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CCIV.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui die septima novembris visitaverint aliquam ex ecclesiis monachorum, vel monialium ordinis sancti Benedicti congregationis Camaldulensis.

Dat. die  
24 martii  
1779.  
Anno V.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem celestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, et confessis, ac sacra communionem receptis, qui aliquam ex ecclesiis, tam monachorum, quam monialium ordinis sancti Benedicti congregationis Camaldulensis ubicumque existentibus die vii mensis novembris a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Tenor concessionis

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta martii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.



Dat. die  
29 martii  
1779.  
Anno V.

CCV.

Ampliatio privilegii concessi a Benedicto XIV. regi Sardiniae nominandi, ad cathedralēs, metropolitanas, aliasque dignitates ecclesiasticas, personas idoneas.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pastoralis officij Nobis licet immeritis divina dispensatione commissi curam exercere satagentes, ea, quae ad pacem, tranquillitatemque inter hanc sanctam Sedem, et christianos principes firmandam, conservandamque idonea esse noscuntur apostolica Nostra auctoritate facile concedimus; prout in Domino expedire arbitramur.

Privilegium concessum a Benedicto XIV regi Sardinia

§. 2. Cum itaque alias felicis recordationis Benedictus pp. XIII. praedecessor Noster per suas literas in simili forma Brevis die xxiv maii MDCCXXVII expeditas clarae memoriae Victorio Amadeo, dum vixit, Sardiniae regi illustri, ac Sabaudiae duci, ejusque in Sabaudiae ducatu successoribus jus in perpetuum nominandi personas idoneas ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, et dignitates abbatiales in temporalis dominio, quod memoratus rex Sabaudiae dux tunc possidebat consistentes, nec non ad prioratus Tallueriarum, Ripariae, et Novalitii, ac praeposituram Montis Jovis concesserit, ac postmodum dubitatum sit, num abbatia, seu praepositura sancti Albini de Mortaria nuncupata Viglevanensis dioecesis in indulto praedicto esset comprehensa.

Extensio privilegii pronominacione abbatias in praepositura s. Albini.

§. 3. Hinc Nos dubium hujusmodi secundum justitiae, et aequitatis regulas e medio tollere, et submovere, ac ea, quae ab hac sancta Sede ad principum orthodoxae fidei defensorum, magisque in Ecclesia Dei meritis fulgentium favorem emanasse noscuntur, ne dum illaesa conservare, sed uberiori etiam, pleniorique interpretatione, quantum cum Domino possumus adjuvare cupientes de dilecti filii Nostri Karoli Victorii Amadei Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis de Le Lanze nuncupati consilio, ac habita super indulto hujusmodi matura deliberatione, cum nuper per obitum bo. me. Petri Josephi de Brichentau abbatia, seu praepositura praedicta vacet, et certo modo vacare dignoscatur, de qua memoratus Petrus Josephus, ab hac sancta Sede anno

MDCCXXVII. fuerat provisus, ad ea omnia avertenda, quae pacem, et tranquillitatem impedire possent, ut jus in posterum nominandi Nobis, ac Romano pontifici pro tempore existenti personas idoneas ad abbatiam, seu praeposituram sancti Albini de Mortaria praedictam, vel cujusvis ordinis regularis ea sit, vel saecularis ad carissimum in Christo filium Nostrium Victorium Amadeum Sardiniae regem illustrem, ac modernum Sabaudiae ducem, ejusque successores spectet, ac pertineat.

§. 4. Cum reservatione tamen perpetuae annuae pensionis in prima futura vacatione auctoritate apostolica imponenda scutorum quingentorum monetae Romanae super abbatiae, seu praepositurae praedictae fructibus, redditibus, et proventibus quibusvis ecclesiasticis favore illius personae, seu personarum sanctae Sedi in temporalibus subditarum a Romano pontifice pro tempore existenti nominandarum, ita ut per obitum personae, seu unius ex personis ad pensionem praedictam, ut praefertur, nominatae, seu nominandarum eadem pensio, seu illius rata neququam cesset, minusque in favorem cessura sit illius, qui abbatiam, seu praeposituram tunc possidebit, sed vel integram pensionem, vel ad illius ratam denuo alia, seu aliae personae a Romano pontifice tunc existenti ad sui libitum nominari possint, et debeant, etiamsi eadem abbatia, seu praepositura eo tempore minime vacaret dicta auctoritate earumdem tempore volumus, ac decernimus. Declarantes insuper eandem pensionem scutorum quingentorum, sic, ut praemittitur, reservatam omnibus iis iuris, privilegiis, indultis, ac conditionibus, quibus aliae pensiones hujusmodi super ecclesiasticorum beneficiorum fructibus, et proventibus impositae utuntur, fruuntur, et gaudent pari modo utatur, fruatur, et gaudeat.

Reservatur annua pensio per feta, cujus collatio competit ad s. Sedem.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, quascumque vero provisiones, et alias dispositiones de abbatia, seu praepositura praedicta, sub praesenti dispositione, et declaratione comprehensis nunc, et pro tempore quomodocumque, et quomodocumque, ac ex quibusvis personis vacantibus, aliter, quam ad ipsius Victorii Amadei regis, ejusque successorum Sabaudiae ducum nominationem pro tempore quomodolibet faciendas, et inde secuta nulla, et inva-

Clausula sublati, et decreta irritans.

lida fore, et esse; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, in Benedicti prædecessoris Nostri prædictis literis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima martii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio constitutionum.

CCVI.

Beatificatio servi Dei Michaelis De Sanctis ordinis excalceatorum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum.

Pius pp. VI.

Ad perpetuum rei memoriam

§. 1. Misericordias Domini, et divitias bonitatis ejus post lætitiâ paschæ, quam devote celebravimus in servi Dei Michaelis De Sanctis ordinis excalceatorum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum nuncupati sacerdotis professi virtutibus, et meritis extollere, et prædicare dignum putamus, ut universis Christifidelibus uberiora quotidie suppetant ad imitandum exempla, et in patrociniis præsidia. Dominus, ac redemptor noster fidelium servorum suorum sanctitatem, et gloriam testatam, manifestamque facit, ut, qui jam diu æternum laborum, atque certaminum præmium consecuti beati cum eo regnant in cælis, iidem in terris virtutum suarum triumphum publica quadam militantis Ecclesiæ veneratione recipiant. Nos igitur in suprema universalis Ecclesiæ procuratore, meritis licet imparibus, sed inscrutabili divinæ sapientiæ consilio constituti ministerio nostro congruum intelligimus, ut ad manipo-

Ratio decernendæ beatificationis servorum Dei

antis Dei gloriam, et Ecclesiæ catholicæ decus, quantum Nobis ex alto conceditur, ejusdem servi Dei cultum promovere studeamus.

§. 2. Ipse enim summa cum pietatis laude severioris disciplinæ institutum amplexus, mirabili innocentia vitæ assiduisque corporis afflictationibus dilecto suo, qui pascitur inter lilia sic semper heroica charitate adhæsit, omniumque virtutum splendore sic præfulsit, ut mortalis vitæ cursu triginta trium annorum ætate feliciter consummato, æterna demum mercede donatum fuisse non dubitemus.

Laudes venerabilis Michaelis.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum processus de apostolicæ Sedis licentiâ confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus, tam Theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus idem servus Dei Michael De Sanctis multipliciter claruisse, nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse quandocumque Nobis videretur, prædictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultiis.

Judicium sacre congregationis super virtutibus ejusdem servi Dei.

§. 4. Hinc est, quod Nos piis, atque innixis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, et quamplurium venerabilium fratrum archiepiscoporum, episcoporum, nec non capitulorum, regnorum, civitatum, ac universitatum fere totius Hispaniæ, ac totius insuper antedicti ordinis excalceatorum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictæ congregationis consilio, ac assensu auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus, ut idem Dei servus Michael De Sanctis in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquæ venerationi fidelium (non tamen in processibus circumferendæ) exponantur: imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die v mensis julii recitetur officium, et missa de communi confessoris, non pontificis cum oratione a Nobis approbata juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani. Porro recitationem officii, et missæ ce-

Beatificatio, et concessio recitationis officii, et missæ de communi confessoris non pontificis.

lebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo ordine tam exalceatorum, quam non exalceatorum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum; in civitate Vici, Vici vulgari-ter dicta, ubi natus, et hinc in toto Catalauniæ principatu, in diocesi Val- lisoletana, ubi mortuus est, et diocesi- bus Toletana, Granatensi, Giennensi, et Palentina, in quibus insignia dedit sanctitatis exempla, ab omnibus utrius- que sexus christifidelibus tam secula- ribus, quam regularibus, qui ad ho- ras canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sa- cerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno a datis hisce li- teris, et quoad Indias a die, quo æ- dem literæ illuc pervenerint, inchoan- do, in ecclesiis ordinis civitatum, et diocesium antedictarum solemnia bea- tificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario respective constituta, post- quam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die secunda mensis maii pariter celebrandi facimus pote- statem.

Derogatio con- trariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutio- nibus et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæteris- que contrariis quibuscumque. Voluntas autem, eu earumdem præsentium li- terarum transmittis, seu exemplis etiam impressis manus secretarii dictæ con- gregationis cardinalium subscriptis, et sigillo præfecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides ab omni- bus, et ubique tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præ- sentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda maii millesimo septingentesimo septua- gesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CCVII.

Erectio episcopatus De-Sonora  
in Indiis.

Pius episcopus servus servorum Dei  
ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Immensa divinæ pietatis cha- ritas, quæ omnem implet terrarum or- bem potissimum in locis in umbra mor- tis sedentibus, et ubi errores progrediuntur impunes, suas abunde spargit misericordias. Has quidem remote illæ sub regalium et de catholica religione optime meritorum principum ditione degentes, eorumque præcipuo studio ex- cultæ regiones summa Dei benignitate promeruerunt. Nos itaque universalis Ec- clesie imperium, quod habilis consilii, et bonitatis altitudo humilitati Nostræ com- mittere placuit immerito gerentes, quæ eorumdem regalium principum media- tione religiose ordinata esse sentimus apostolica Nostra potestate perficere pro- curamus, prout vigilantie Nostræ exi- git, et postulat sollicitudo.

Procuratorum.

§. 2. Cum itaque sicut a dilecto fi- lio Hieronymo duce de Grimaldi cha- rissimi in Christo filii Nostri Caroli Hi- spaniarum regis catholici apud Nos, et Sedem apostolicam oratore ex parte, et nomine ipsius Caroli regis accepimus dilectus etiam filius Josephus de Galves e- jusdem Caroli regis a consiliis, modo summæ rei, ac universis Indiarum ne- gotiis a secretis alias totius novæ Hispaniæ visitoris munere fungens, cum de illarum regionum vastitate, eorumque a metropoliticiis urbibus distantia, nec non incolarum partim ad obedi- entiam reductorum, partim vero reducen- dorum numero, moribusque, deque earumdem regionum redditibus, ac au- ri, argentique fodinis ob quam alieni- genarum aviditati, atque invasionibus prostant, ac denique de omnibus ad re- motas illas pertinentibus provincias ap- prime foret instructus, cupiens commo- da a regia pietate maxime optata, felici- tatemque in populis afferre una cam- marchione de Croix tunc pro rege novæ Hispaniæ eidem Caroli regi sub die xxiii. mensis januarii anni Dom. MDCCLXVIII. proposuit necesse fore, ut nova consti- tueretur generalis præfectura peninsulam de California, ac de Sonora et Cinaloa provincias sub se continens, nec non et- iam, ut novus erigeretur episcopatus, qui eas sub sua comprehenderet diocesi sedem episcopalem in eodem oppi-

Expositio. pro- cum perfectiorum.

do, in quo dicta generalis præfectura statueretur collocando. Perlustratis subinde earundem provinciarum locis plenius Josephus de Galves prædictus cuncta præmissa circumspexit, indeque ordinationes, et statuta condidit; quæ pro sui prudentia ad regendos in civilibus incolas prompta, et necessaria esse consideravit, ex quibus illi bona quidem spiritualia, ecclesiæ vero pastoris eorundem populorum subjectionem juxta canonicas, regni que leges consequuturi essent. Mox die xxii. mensis junii anni ejusdem Domini MDCCLXXI. una cum pro rege prædicto quidquam a se gestum fuerat eidem Carolo regi significavit, ac novis acquisitis argumentis, priori confirmata relatione, die xxiii. præteriti mensis januarii ejusdem anni MDCCLXXVIII. paucis quidem et levibus immutatis, ambo convenerunt in statuendæ generalis præfecturæ, et erigendæ episcopalis sedis loco designando, videlicet in oppido de Arispe, quod in provincia de Sonora extat, non solum ob illius optimum situm, et cæli, aerisque temperiem, nec non aquarum, et quæ ad victum necessaria sunt copiam; sed etiam ob ecclesiam inibi existentem optime constructam, et ita aptam ut cathedralis honore digna censeatur.

§. 3. Antequam vero ad dictum Carolum regem hæc novissima perveniret relatio jam ipse de anno ejusdem Domini MDCCXCVI. priorem approbaverat, servatisque servandis novam erigi generalem præfecturam illius ditionem a Mexici pro-rege independentem ad memoratas, aliasque limittaneas provincias extendendo, sedem in dicto oppido de Arispe constitui, aliaque pro recto ipsius præfecti facultatum exercitio in militaribus, et civilibus fieri mandaverat generalis præfecto pro prima ea vice designato dilecto etiam filio Theodoro de Croix tunc agminum ductore; itaque summa ac vere paterna regis majestatis vigilantia, sui que ærarii profusis thesauris quidquid ad tuendas, protegendas, ac in temporalibus fovendas dissitas illas, vastissimasque regiones fuerat providendum modo executioni demandatum reperitur. At quis unquam cohibere potuit ejusdem Caroli regis studium, curam et sollicitudinem quo minus præter temporalia illis populis impertita, subsidia spiritualia quoque eisdem comparanda curaret. Profecto statim ac priorem, de qua supra, relationem vidit iudicio ejus qui sibi a confessionibus, aliorumque qui Indiarum consilii adstant, summamque rem cu-

rant, approbavit propositam novi de Sonora et de California episcopatus erectionem. Dum hoc interim ageretur negotium ad corrigendos abusus in animarum regimen nimis ineptos ac frequentes, episcopis de Guadalaxara et de Durango sub die vicesima quarta mensis septembris anni similiter Domini MDCCLXXVI. significarii voluit, suæ fore regis voluntatis, quod missionariis omnibus Hispanis, aliisque personis in illorum Indorum locis missionibus, auxiliariibusque curis (quas doctrinas vocant) degentibus, Ecclesiæ sacramenta, cæteraque spiritualia ministrarent, nec ul-prætextu parochi id ipsum impedire, neque parochialibus emolumentis pro ministeriis, quæ ipsi non operantur eos incolas gravare auderent.

§. 4. Jam vero evenerat, quod anno pariter Domini MDCCLXXIV. dilectus etiam filius Antonius a Regibus presbyter, ordinis fratrum minorum s. Francisci de observantia nuncupatorum expresse professus, qui per plures annos missionarii officium, summo studio, ibi exercuerat; præsidisque missionum de Sonora in superiori Primeria ex commissione a collegio de Propaganda Fide, sanctæ Crucis de Queretaro fratrum ejusdem ordinis tibi facta, munere functus fuerat; novæ Hispaniæ dilecto similiter filio pro-regi Antonio Mariæ Buccarelli, quo statu res missionum de Sonora reductæ essent geographice descripserat, earum aversionis causas, et quæ ad illarum restaurationem, necessaria forent exponendo. Idemque de missionibus in utraque Pimeria, superiori scilicet, et inferiori ejusdem provinciæ existentibus enunciaverat; quæ quidem documenta fiscali audientiæ tunc dilecto similiter filio Josepho Antonio de Areche fuerunt tradita. Atque is in voto desuper edito quidquid a religioso illo viro propositum fuerat, adoptanda addiderat opus esse, ut aliqua ad rem opportuna decernerentur, quod tamen executioni mandatum umquam fuisse minime constat. Quapropter de præmissis certior factus Josephus de Galves præfatus, regisque enim circa ea ipsa studium agnoscens dicto Antonio a Regibus, qui jam ad suam Carthaginiensem redierat provinciam præcepit, ut suam denuo concinnaret descriptionem, expressis in ea modis, abusus, confusionesque illis vigentes evellendi, legitimumque, et accomodatam regimini ordinem a dicto Carolo rege tanto tempore optatum statuendi; quæ quidem mandata complere minime distulit. Exposuit autem juris-

Distributio, et descriptio diocesis statuendæ

ditione ecclesiastica in vastissima generalis præfecturæ in septemtrionalibus novæ Hispaniæ provinciis recenter institutis ditione comprehensam ad episcopos de *Guadalaxara*, et de *Durango* respective pertinere equidem episcopatus de *Guadalaxara* universam Californiam una cum omnibus præsiidiis de *Montereis* constructis ad occidentalis oram Oceani continet, comprehensis quoque de *Coaguile*, et *Texas* guberniis ad orientalis Oceani littora, sive ad Mexicanum sinum; de *Durango* vero episcopatus gubernia de *Sonora* novi Mexici, novæque *Cantabue* complectitur, quæ sane regiones plures continent provincias, inibi que multæ jam erectæ reperiuntur missiones, regiæ fodinæ, et congregati Hispanorum pagi; imo apud cunctas fere missiones degunt Hispani *Mistigenæ* vulgato *Mulati*, *Indi* vagantes ceteræque gentes, quas nationales appellant, indigenæ *Indæ* in suum agnoscunt parochum missionarium religiosum gratis spiritualia ministrantem; cæteri vero districtus parochum, cui jura et obventiones parochiales persolvunt periode, ac si ex ejus parochiali ecclesia spiritualia reciperent. Sic distributi fuere parochi, et parochiani ab episcopis editis in actu pastoralium visitationum decretis, cunctas eas provincias in ecclesiasticas præsentias vicarias, et parochias dividendo. In earum pluribus, et præsertim in limitaneis cum infidelibus nulla præter missionarios regulares; parochus vero, cujus curæ viginti, trigintive pagi commissi sunt centum pluresque leucas distat, ex quibus, ac etiam, ex confusione parochorum, parochiarum, et parochianorum plures oriuntur abusus, perturbationesque, ob quas antiqui pagi ab incolis deseruntur, montes apostatis, et fugitiis replentur, novorumque pagorum impeditur constructio. Tale enim odium et aversionem animis infidelium insinuant fugitivi, ut converti, et in populum congregari resistant.

Dismembrationes faciendæ pro constituenda nova diocesi.

§. 5. Hisce malis unice mederi posse subjungebat eas provincias a diocesisibus de *Guadalaxara*, et de *Durango* dismembrando, novumque erigendo episcopatum, cui doctus quidem, et salutis animarum zelo flagrans destinaretur episcopus, qui unanimi consensu cum generali præfecto parochias, missiones, et auxiliares ordinaret ecclesias; quidquam detrimenti nequaquam fore obventurum præfatis episcopis de *Guadalaxara* et de *Durango* etiam asserebat. Californiam siquidem ad quam jus habere contendit episcopus de *Guadalaxara* præfecto, ex

quo in regum catholicorum redacta fuit potestas, usque ad præsens nunquam inviserunt episcopi, neque qui ab eis deputati sunt diocesis visitatores, sane ut illuc peragatur, aut cum periculo navigandum, aut ducentarum supra mille leucarum spatium peragendum de *Durango* trajiciendo diocesis, ubi plurima ab infidelibus metuenda sunt vitæ discrimina; de *Cinaloa* autem, et de *Sonora* provinciæ a *Durango* trecentas, alibi etiam quingentas leucas distant. Decimæ vero inde obviescentes tenuis valoris sunt, quia non recte administrantur, et quasi pro derelictis habentur. Hæc continebat prædicti *Antonij* relatio qua *Indiarum* porrecta consilio, mox regio communicata fiscali, is dicti religiosi viri exactam, prædentemque descriptionem regionum regiminis abusum, populorum, morumque peritiam in missionibus quibus laudabiliter functus fuerat acquisitam commendavit, novisque corroboravit argumentis prædictis a fiscali prædicto ad rem deductis super necessitate erectionis novi episcopatus satis sit indicasse, quod duarum diocesium de *Guadalaxara*, et de *Durango* situs, earumque versus septemtrionales *Americæ* provincias dilatatio, non æqua districtuum et regionum inter ipsos (quæ invicem intersecantur) divisio, uade immensæ illæ distantie ab episcoporum cathedris oriuntur, prout ex supradicta relatione colligitur, et in mappis ac descriptionibus geographicis facile videre est causa sunt, ut prædicti episcopi de *Guadalaxara*, et de *Durango*, cumque animarum eorum qui noviter conversi sunt, et catholicæ Ecclesiæ ovili super aggregati occurrere, et vigilare valeant. Præterea non deest territorium, quo nunquam ullus penetravit episcopus; quapropter plura mala evenisse minime est dubitandum. Etsi enim per visitatores pastoris vices suppleri datum sit, zelus tamen pastoralis nullo modo in ipsis perceptus est, quin imo plura scandala ab eisdem aborta fuisse non raro comperitum est. Enervatur hinc disciplina, et quandoque ipsorum Ecclesiæ ministrorum, nec non eorum exemplo, etiam parochianorum relaxantur mores. Hisque quæ obvenire possunt exitiis prompta sunt afferenda remedia, proindeque votum suum concludebat, ut illarum provinciarum generali præfecto committeretur, quod per viros ecclesiasticos, et sæculares expertos quidem; sibi que magis benevisos topographicam tabulam conficeret totius suæ præfecturæ singillatim delineando situs provinciarum,

eorumque locorum, parochiarum, missionum, ecclesiarumque auxilium, ac insuper accurata fieret descriptio regiminis ecclesiastici, ac civilis reddituum, populorum, climatum, fluminum, fodinarum, nihilque denique prætermisso, quod ad exactissimam earumdem regionum notitiam acquirendam conducit, ut quoad omnia firmiter consulti valeat. Potissimum vero ad evitanda damna, quæ episcoporum de Guadalaxara, et de Durango distantia hactenus tolerata novus in septentrionali America parte erigatur episcopatus. Visis ergo omnibus ad rem faciendis Indiarum consilium die trigesima mensis Junii anni pariter Domini MDCCLXXVII. rescripsit consulendum esse serenissimo regi, juxta votum fiscalis, et die vicesima prima mensis Augusti ejusdem anni, majestas sua mandavit impetrari a Nobis literas apostolicas pro canonica novi *Episcopatus erectione cujus diocesis Sonoram, Cinaloam, et Californiam comprehendat*. Ad quem effectum desuper confici oportunas instructiones suo apud Sedem apostolicam oratori, quanto citius transmittendas. Hinc dictus Hieronymus ad tramites ab ipso Carolo rege subinde approbatæ sibi que transmissæ instructionis nomine prædicti Caroli regis Nobis humiliter supplicaverit, quatenus erectionem prædictam, aliaque infrascripta concedere dignaremur.

¶ 6. Nos igitur omnibus et singulis circumstantiis superius expressis matura consideratione pensatis, eximiam prædicti Caroli regis zelum, ac religiosa desideria prosequi volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine ab episcopatu de Guadalaxara peninsulam de California cum omnibus novis præsiidiis de Montereis ad oram occidentalis Oceani, et ab episcopatu de Durango provincias de Sonora et de Cinaloa *attento consensu a venerabilibus fratribus Nostris episcopis de Guadalaxara et de Durango* in actu acceptationis dictorum respective episcopatum hujusmodi dismembrationi pro novo erigendo episcopatu præstito, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo dismembramus, et separamus, ac terram ipsam de Arispe in civitatem episcopalem de Sonora nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali Sede insignitæ in eisdem Indiis occidentalibus utuntur, et gaudent, nec non prædictam ecclesiam non collativam in dicta terra de Arispe sitam in cathedralem ecclesiam de So-

*Bull. Rom. Tom, VI.*

noræ nuncupandam, sub invocatione beate Mariæ virginis *Luce* etiam nuncupata pro uno deinceps episcopo de Sonora, qui eidem ecclesie, illiusque civitati, et diocesi, etiam de Sonora, ut infra assignande præsit, dictamque ecclesiam, in forma ecclesie cathedralis redigat, et in ea tot dignitates, ac canonicatus, et præbendas, ac cappellanias, et aliorum ministrorum competentem numerum venerabili etiam fratri Nostris moderno et pro tempore existenti archiepiscopo Mexicano metropolitico jure subjectorum, quæ et qui pro divini cultus decore, et ecclesiasticorum sacramentorum, ibique spirituali animarum administratione videbuntur expedire, prævia tamen dictæ ecclesie de Sonora, ejusque pro tempore existentis episcopi, ac dignitates, et canonicatus, ac cappellanias hujusmodi obtinentium, et prædictorum ministrorum congrua subsentatione ab ipso Carolo rege juxta ejus religiosum studium ex decimis dictorum territoriorum, ut præfertur, dismembratorum, sive ex capitalibus regii ararii, prout frequenter ipse, ejusque gloriosi predecessores Hispaniarum reges fecerunt, constituenda et assignanda, nec non futurus, et pro tempore existens episcopus de Sonora episcopalem jurisdictionem, auctoritatem, et potestatem exercere, omniaque et singula, quæ ordinis, quæque jurisdictionis, et cujusvis alterius muneris episcopalis sunt, et quæ alibi tam in eisdem Indiis, et prædicti archiepiscopi Mexicani suffraganei existentes, quam alibi ubicunque constituti episcopi in suis ecclesiis, civitatibus, et diocesis de jure, vel consuetudine, aut quomodolibet ex privilegiis, gratiis, et inductis, ac dispositionibus apostolicis desuper quæcumque fuerint, et per literas apostolicas desuper nominatim, et in specie concessa auctoritate, et facultate suffulti facere, et quibus uti solent, et possant pariformiter, æque principaliter, et absque ulla differentia, perinde ac si sibi quoque nominatim, et in specie concessa, et expressa fuissent in sua diocesi de Sonora, ut infra, assignanda facere, gerere, et exercere libere et licite possit et debeat, ac eidem pro tempore existenti archiepiscopo Mexicano suffraganeus, eique metropolitico jure prædicto subiectus existat.

¶ 7. Cum sede, mensa, aliisque insigniis episcopalibus, nec non præeminentiis, honoribus, privilegiis, immunitatibus, et gratiis spiritualibus, et temporalibus, personalibus, realibus, et mixtis, quibus ceteræ cathedrales Indiarum

*Concessio præeminentiarum, et honorum, favore episcopi assignandi.*

hujusmodi similiter de jure, vel consuetudine, aut speciali privilegio, seu indulto apostolico, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt de apostolica potestate plenitudine eadem apostolica auctoritate, et perpetuo respective erigimus, et institimus, et prædictam peninsulam de California cum prædictis novis præsijs de Montereis, ac dictas duas provincias de Sonora, et Cinaloa per Nos, ut præfertur, dismembratas, et separatas, ac omnes et singulas utriusque sexus, et in eis respective degentes personas, et incolas, tam laicos, quam clericos, et presbyteros beneficiatos, ac religiosos cujuscumque status, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria (non tamen respective dicti archiepiscopi Mexicani metropolitana) jurisdictione, potestate, et superioritate dictorum modernorum, et pro tempore existentium de Guadalaxara, et de Durango episcoporum, dicta apostolica auctoritate similiter disjungimus, et eximimus, et prædictam civitatem de Arispe in episcopalem sedem de Sonora per Nos, ut præfertur, erectam, nec non sic etiam per Nos ut præfertur, dismembratas, et separatas peninsulam de California, et dictas duas provincias de Sonora, et Cinaloa, et in eis nunc, et pro tempore respective degentes personas superius expressas dictæ ecclesiæ episcopalis de Sonora, illiusque futuro episcopo pro suis civitate, territorio, diocesi, clero, et populo ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ de Sonora, tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum dicta apostolica auctoritate præficiendæ per se vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi regiminis spiritualis, et omnimodi juris diocesanæ in dicta civitate de Sonora, ac in eodem territorio per Nos, ut præfertur, dismembratis, et separatis propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Mexicani, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo assignamus, et respective subii-

rum, et cappellanorum, aliorumque ministrorum dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ respective substantatione, ac onerum prædicto episcopo de Sonora pro tempore existenti, futurisque capitulo, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos ut præfertur erectæ, et institutæ respective substantatione, ac onerum prædicto episcopo de Sonora pro tempore existenti, futurisque capitulo, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos ut præfertur, erectæ, et institutæ pro tempore incumbendum supportatione providere volentes, decimas ex dictis territoriis, ut præfertur, dismembratis, et separatis pro diocesi dictæ episcopalis ecclesiæ de Sonora per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ etiam, ut præfertur, concessis, et assignatis, ac suppositis, et subjectis provenientes, et ad eundem Carolum regem spectantes, sive ex prædictis capitalibus, dicti regii ærarii ab ipso Carolo rege quatenus opus fuerit constituenda, et assignanda; ita quod liceat eidem personæ dictæ cathedrali ecclesiæ de Sonora, ut præfertur, erectæ, et institutæ tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum, ut præfertur, præficiendæ, ejus, ac dictæ mensæ episcopalis nomine supradictarum decimarum ex dictis territoriis, ut præfertur dismembratis, et separatis, ac respective concessis, et assignatis, ut præfertur provenientium veram, realem, actualem, et corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios propria auctoritate etiam libere apprehendere, et apprehensam etiam perpetuo retinere, illasque respective locare, dislocare, arrendare, percipere, exigere, levare, et recuperare, ac in suos, et dictæ mensæ episcopalis, ut præfertur erectæ usus, et utilitatem, nec non futurorum capituli, et canonicorum, ac cappellanorum, aliorumque ministrorum prædictorum, dictæ cathedralis ecclesiæ de Sonora per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ, et onerum supradictorum supportationem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo, sicuti in aliis similibus ecclesiarum cathedralium erectionibus in Indiis hujusmodi pro tempore factis consuetudo fuit, applicamus, et appropriamus, ac eisdem futuris, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ de Sonora, ut præfertur erectæ, et institutæ, ut ipsi

Assignatio dantis pro mensa episcopali, et capitulo cathedrali

§. 8. Mensæ autem episcopali de Sonora per Nos, ut præfertur, erectæ pro illius dote, et congrua, ac sufficienti, tum prædicti futuri episcopi de Sonora, tum pariter futurorum capituli, et canonico-



eadem prorsus indumenta choralia, signa, et insignia quaecumque, tam in dicta cathedrali ecclesia de Sonora per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta, quam extra eam, tam in processionibus, quam in aliis actibus, et functionibus quibuscumque publicis, et privatis, etiam extra dictam civitatem de Sonora, et ubique locorum etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis, ac etiam in præsentia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium etiam de latere legatorum, vicelegatorum, archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum quorumcumque, ac etiam in ipsius cathedralis ecclesiæ de Sonora erectæ, et institutæ choro, et capitulo quibusvis anni temporibus, et diebus deferre, et gestare, ac quibusvis aliis indultis, privilegiis, exemptionibus, et gratiis, quæ ceteris aliis capitulis, et canonicis aliarum ecclesiarum cathedralium dicto archiepiscopo Mexicano jure prædicto subiectarum, tam in limine earum respectivæ erectionis, quam subinde etiam per literas apostolicas nominatim, et in specie reperiuntur concessa etiam si talia sint, quæ specialem notam, et mentionem requirant pariformiter, uti, et gaudere respective libere, et licite possint apostolica auctoritate prædicta pariter perpetuo concedimus, et indulgemus.

§. 9. Ac insuper eidem Carolo regi ejusdem successoribus Hispaniarum regibus præfatis facultatem in dicta ecclesia de Sonora per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta canonicatus, et præbendas, ac cappellanas, ut præfertur, erectos, et erectas accrescendi eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo, quatenus opus sit, tribuimus, et impartimur, nec non eidem Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus prædictis juspatronatus, et præsentandi Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad eandem ecclesiam de Sonora per Nos, ut præfertur, erectam, et institutam, tam hac prima vice a primæva illius erectione, et institutione a Nobis, ut præfertur, factis hujusmodi pastoris solatio destitutam, quam deinceps quoties illam quovis modo etiam apud Sedem apostolicam prædictam pro tempore quomodolibet etiam pastoris solatio destitui contigerit, per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem in ipsius ecclesiæ de Sonora, ut præfertur, erectæ, et institutæ episcopum, et pastorem ad præsentationem eandem præficiendum, ac aliud juspatronatus, etiam præsentandi

coram ordinario loci personas itidem idoneas tam ad dignitatem post pontificalem majorem, quam ad canonicatus, et præbendas, ac cappellanas hujusmodi per Nos, ut præfertur erectam, et erectos ac respective erectas, aliaque beneficia, et officia ecclesiastica in ipsa ecclesia de Sonora, ac a futuro, et pro tempore existente illius episcopo ordinaria ejus auctoritate pro tempore erigenda quandocumque, et quotiescumque illam, et illos, ac illas, nec non illa de cætero quibusvis modis, et ex quorumcumque personis etiam Nostris, et Romani pontificis pro tempore existentis, seu quorumvis prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium etiam tunc viventium, familiaribus, et continuis commensalibus, seu Romanæ curiæ officialibus, aut alias qualitates, reservationem, et affectionem inducentes habentibus, seu per liberas etiam ex causa permutationis respective resignationes de illa, et illis in Romana curia prædicta, vel extra eam etiam coram notario publico, et testibus sponte factas; aut assequutionem aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quavis auctoritate collatorum, vel quamvis aliam dimissionem, amissionem, privationem, religionis ingressum, et professionis in ea emissionem, matrimonij contractum, aut alias quomodocumque etiam apud Sedem apostolicam prædictam, ac etiam a primæva illorum respective erectione, et institutione per Nos, ut præfertur, factis hujusmodi, ut præfertur, vacantes, et deinceps pro tempore vacare contigerit in dignitate, ac canonicatibus, et præbendis, ac cappellaniis per Nos, ut præfertur erecta, et erectis, aliisque beneficiis, et officiis ordinaria auctoritate prædicta, ut præfertur, erigendis hujusmodi ad præsentationem eandem dicta ordinaria auctoritate aut alias canonice respective instituendas prædicto Carolo regi ejusque successoribus Hispaniarum regibus prædictis eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo respective reservamus constituimus, et assignamus.

§. 10. Decernentes juspatronatus etiam præsentandi tam ad dictam ecclesiam de Sonora per Nos, ut præfertur, erectam et institutam, quam ad dictam dignitatem post pontificalem majorem, ac canonicatus et præbendas, et cappellanas per Nos, ut præfertur, erectam, erectos, ac respective erectas, nec non beneficia, et officia ecclesiastica ordinaria auctoritate prædicta, ut præfertur, erigenda hujusmodi regum existere, illudque eidem Carolo regi, ejusque successoribus His-

Concessio juris nominandi episcopum, et canonicos favore regis Hispaniarum.

Decernit ne quo apostolice datariæ juripatronatus regi reservato derogare posse, absque regis consensu

paniarum regibus prædictis competere, ac vim, effectum, naturam, substantiam, essentialiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem juris patronatus regii obtinere, et uti tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis prægnantissimis, et efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione etiam per viam legis consuetudinis regulæ cancellariæ apostolicæ, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi, neque illi ullo umquam tempore et ex quavis causa, seu quacumque ratione etiam per Sedem apostolicam prædictam etiam consistorialiter derogari posse, neque derogatum esse censi nisi ipsius Caroli regis, ejusque successorum Hispaniarum regum prædictorum ad id expressus accedat assensus, et si aliter quovis modo derogetur, derogationes ipsæ cum inde sequentis quibuscumque nullius roboris vel momenti fore, ac de cætero quascumque collationis, et provisionis de prædicta dignitate post pontificalem majori, ac canonicatibus, et præbendis, ac cappellanis prædictis per Nos, ut præfertur, erecta, et erectis, aliisque beneficiis, et officiis ecclesiasticis dicta ordinaria auctoritate erigendis hujusmodi absque prævia ipsius Caroli regis, ejusque successorum Hispaniarum regum prædictorum presentatione, aut consensu pro tempore quomodolibet factas nullas, et invalidas, ac irritas, et inanes esse nullique suffragari debere, nec per eas cuiquam jus acquiri, vel etiam coloratum titulum possidendi tribui posse.

Clausule salutaris.

§. 11. Ac præsentis semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in formam firmiter et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, vel legitima, pia, privilegiata, et ex eo quod causæ propter quas eadem præsentis emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel quopiam alio quantumvis magno substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialium et individuum, ac expressam mentionem requirentem defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto,

aut statuto, vel consuetudine aliqua resultantem, seu etiam enormis, enormissimæ totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliæque ratione, vel causa etiam quantumvis juxta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, et aliis superioribus expressis nullibi appareret, seu alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam vocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas restitutionis integritatem, aperiitionis, reductionis, ad viam et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessis, et impetratis, vel emanatis quempiam uti, seu se juri in judicio vel extra illud posse, neque eandem præsentem sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quomodocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam si in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendere, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse.

§. 12. Sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quovis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios prædictos, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore et præeminentia fulgentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere: irritum quo-

Deoretum irritans.

que, et inane si secus super his a quaquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 13. Ac demum ad hoc ut præmissa omnia, sic per nos, ut præfertur, disposita juxta piissima dicti Caroli regis vota prospero felicique successu suos sortiri valeant effectus, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus personæ in dignitate episcopali constitutæ, ab eodem Carolo rege nominandæ, seu cuiuscumque alteri ecclesiasticæ personæ in ejus locum sufficiendæ ipsi tamen Carolo regi gratæ, et acceptæ, et ad infrascriptum effectum regio ministro pariter ab ipso Carolo rege deputando, seu cuiuscumque alteri seculari, et idoneæ personæ ei etiam sufficiendæ per præsentem committimus, et eadem apostolica auctoritate mandamus, ut ipsi videlicet persona in dignitate episcopali, ut præfertur, constituta, et ab eodem Carolo rege nominanda, seu quævis alia ecclesiastica persona in ejus locum sufficienda ipsi Carolo regi grata et accepta eadem præsentem debitæ executioni demandet, easque ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et pertinet observari faciat, ac futuris, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ de Sonora, sicut præfertur, erectæ, et institutæ, illiusque reddituum prædictorum, ac sacristiæ, et fabricæ earumque rerum, et honorum præsentium, et futurorum tam spiritualium, quam temporalium regimine, gubernio, et directione dignitatis, canonicorum cappellanorum, aliorumque officialium ministrorum deputationem, et onerum eis pro tempore incumbentium supportatione missarum, horarum canonicarum diurnarum et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, funerealium, et anniversariorum celebrationem, et de aliis beneficiis, et officiis, ut præfertur, erigendis instituendis hujusmodi pro tempore providendorum receptione, et admissione personali residentia distributionum etiam quotidianarum, siquæ fuerint imposterum repartitione, divisione pœnarum, per absentes ac divinis officiis, et functionibus suis loco et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis respective incumbentiæ subire negligentem incurandarum impositione singulorum præsentium et absentium notandis, cæremoniis, et functionibus in dicta cathedrali ecclesiæ de Sonora, sic, ut præfertur, erectæ, et institutæ, illiusque choro, capitulo, processionibus, aliisque actibus servandis, nec non ministris ejusdem cathedralis ecclesiæ de Sonora, sicut præfertur, ere-

ctæ, et institutæ deputandis, et amovendis salariis, et stipendiis eorum cuiuslibet assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa præmissa quomodolibet necessariis, et opportunis quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen et honesta, ac sacris canonibus, ac constitutionibus apostolicis, ac concilii Tridentini decretis minime contraria, ac alias ad tramites statutorum dictæ metropolitanæ ecclesiæ Mexicanæ condere, et edere possint et valeant, facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate, etiam perpetuo concedat et impartiat. Dicitus vero regius minister sic pariter deputandus, seu quævis alia secularis, et idonea persona etiam sufficienda limites, et confinia novæ diœcesis de Sonora juxta præmissa præfiniat, determinet, et assignet, ac tam ipse, quam dicta persona ecclesiastica quæcumque obstacula et impedimenta ex parte cujuscumque personæ super præmissa quomodolibet oritura auctoritate eis a Nobis per easdem præsentem attributa prorsus dirimere, et remove satagant, et super eis, eorumque quisque in demandato sibi munere servatis servandis etiam definitive et appellatione remota pronunciet; ita tamen ut alter alteri non dissentiat, sed uterque eorum juxta injunctum eis respective officium in supradictis omnibus agere, et procedere debeat.

§. 14. Non obstantibus Nostris et cancellariæ apostolicæ prædictæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac de applicationibus ad partes committendis, et de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, ac dividi prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis et concedendis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis,

Derogatio eorum  
trariorum.

Deputatio executoris literarum apostolicarum.

specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo, ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata etiam inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis aliis in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum, specialiter et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum de referendis fructibus episcopatus in libris camera.

§. 15. Volumus autem quod fructus ejusdem episcopalis ecclesiæ de Sonora, ut præfertur, erectæ ad 33. florenos auri, et uno tertio alterius floreni singularis de more taxari, et hujusmodi taxa in libris camerae apostolicæ describi debeat. Volumus etiam quod earumdem præsentium transumptis, et exemplis etiam typis impressis manu, seu caractere alicujus notarii publici subscriptis, sigilloque personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus originalibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembrationis, separationis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, disjunctionis, exemptionis concessionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, applicationis, appropriationis, indulti, reservationis, decreti, commissionis, mandati, facultatis, impartitionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo nono nonis maii pontificatus Nostri anno quinto.

CCVIII.

Dat. die  
22 martii  
1779  
Anno V.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui die tertia mensis septembris, ac feria tertia post dominicam sexagesimæ visitaverint ecclesias congregat. tam clericorum discalceatorum ss. Crucis, et passionis Jesu Christi, quam monialium ejusdem congregationis.

Pius PP. Sextus.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communionem receptis, qui ecclesias congregationis tam clericorum discalceatorum sanctissimæ crucis, et passionis Jesu Christi nuncupatorum, quam monialium ejusdem congregationis dominica tertia mensis septembris, ac feria tertia post dominicam sexagesimæ, nec non in inventionis, et exaltationis s. Crucis festis diebus a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Tenor concessionis

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Derogatio antriorum, et fides habenda transumptis.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris. die xxii. maii millesimo septingentesimo septuagesimo nono pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die  
15. junii  
1779.  
Anno V.

CCIX.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui expositioni ss. Eucharistiæ sacramenti interfuerint in ecclesiis clericorum regularium congregationis Theatinorum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspectoris salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui expositioni sanctissimi Eucharistiæ sacramenti de licentia ordinariorum respective locorum, in qualibet ex ecclesiis clericorum regularium congregationis Theatinorum nuncupat. ubicumque existenti in uno die cujuslibet hebdomadæ per eosdem ordinarios designando faciendæ, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in mense per unumquemque Christifidelem ad sui libitum eligendo lucrificandam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper iisdem Christifidelibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis prædictæ expositioni in reliquis diebus hujusmodi, ut supra, in dictis ecclesiis faciendæ interessentibus, et ibidem orantibus, quo die id egerint, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consuetæ relaxamus. Quas omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus.

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, presentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum re-

Bull. Rom. Tom. VI.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

cipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datam Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die xv. junii millesimo septingentesimo septuagesimo nono pontificatus Nostri anno quinto.

CCX.

Dat. die  
30. junii  
1779.  
Anno V.

Collegium scriptorum archivii Romanæ curiæ confirmatur in notarium privativum supremi tribunalis Signaturæ, aliis dispositis ad bonum regimen officii ejusdem archivii.

Bernardinus Tituli Sanctissimæ Trinitatis in monte Pincio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Giraud sanctissimi Domini Nostri papæ pro-auditor, ac judex commissarius specialiter delegatus.

§. 1. Cum sanctissimus dominus Noster Pius divina providentia pp. VI. precibus incliti collegii dd. scriptorum archivii Romanæ curiæ benigne inclinatæ chirographum propria manu Sanctitatis Sæ die 30 præteriti mensis junii subsignatum, Nobis pro executione in eo contentorum direxerit tenoris sequentis videlicet.

Subscriptio chirographi.

§. 2. Reverendissimo cardinali Bernardino Giraud Nostro pro-auditore = È ricorso a Noi il collegio de'scrittori d'archivio della Romana curia rappresentandoci, che esso fu istituito da Giulio II. Nostro predecessore il dì 1 di dicembre 1507. mediante la creazione di tanti officj vacabili. E siccome quei, che vi furono allora ammessi, sborsarono la somma di settanta mila ducati d'oro alla santa Sede, e camera apostolica per sostenere la guerra, che di quel tempo si faceva contro li turchi, ed altri inimici della santa fede, così fu da detto sommo pontefice nella sua costituzione, che comincia = *Sicut prudens* = non solo condecorato il loro collegio di molti pri-

Espositio precum, et privilegiorum archivii competentium.

vilegi, e provisto di molte rendite annuali, ma ben anche fu dichiarato notaro privativo di tutti i giudici commissarij di Roma, li quali solevano prima scegliere quei notarij, che più loro piaceva, essendo stati soltanto eccettuati da questo diritto privativo del collegio li giudici ordinarj, e delegati, che avessero li notarij proprj, come pure li cardinali di Santa Chiesa; il sommo pontefice poi s. Pio V. con schedola di moto proprio, che principia = *Pridem Nos* = segnata nel 1569. non solo confermò la sopraccennata costituzione di Giulio II., ma mediante un nuovo impronto di ventimila ducati d'oro, che il collegio fece per li bisogni di un'altra simil guerra, estese il notariato privativo dei scrittori d'archivio anche alle cause commesse alli cardinali di Santa Chiesa, che erano state da Giulio II. eccettuate, aggiungendo nuove prerogative, e privilegj al collegio, in forza de'quali crebbe il frutto di detti vacabili; e questo frutto ebbe anche ulterior incremento non solo quando Gregorio XIII. altro Nostro predecessore nell'anno 1581. colla sua costituzione = *Alias cupientes* = confermò la tassa del registro, e degli atti da pagarsi agli scrittori di archivio a titolo del loro notariato formata dal cardinal Riario, ma allorchè altresì Benedetto XIV. nell'anno 1746. con altra costituzione, che principia = *Justitiæ, et pacis custodes* = dichiarò quali esser dovessero le cause prelatizie da commettersi, o alli prelati fuori della Rota, o alli stessi uditori di Rota come prelati, nelle quali avevano da scriver gli atti privatamente gli scrittori di archivio.

Ampliatio privilegiorum decretata ab Alexandro VII.

§. 3. Ci ha parimente esposto il collegio oratore, che oltre il notariato sopraccennato, gli si accrebbe sotto il pontificato di Alessandro VII. anche l'altro del tribunale della Segnatura di giustizia; giacchè avendo quel sommo pontefice con sua costituzione degli 11 giugno 1659., la quale comincia = *Inter ceteras* = providamente ordinato, che il collegio de' referendarj venisse in appresso rappresentato da dodici votanti di Segnatura di giustizia con un cardinale prefetto, che presiedesse a questo più ristretto collegio di XII. votanti da lui allora eletto, ed avendogli di più fra le altre incombenze commesso di esaminare, e decidere dei processi di quei soggetti, che avessero voluto vestire l'abito prelatizio, ed essere ammessi nel numero de' referendarj, fu necessario al medesimo collegio de'vo-

tanti, che si adunò per la prima volta li 15 luglio di detto anno 1659. il deputare un stabile notaro, e fu con di lui decreto, secondo riferisce il *Vitali nel suo trattato de Signatura justitiæ fog. 215.* deputato per tale il collegio de' scrittori d'archivio, a cui fu creduto convenire più d'ogn' altro questo notariato, come quello, che già era notaro privativo di tutti li giudici commissarij, quale poteva dirsi, per la commissione avuta dei detti processi, lo stesso tribunale della Segnatura. Siccome poi di quel tempo il collegio de' scrittori teneva affittato il suo officio notariale dell'archivio ad un notaro per nome Massimo Righi, così fu egli a nome del collegio de' scrittori il primo notaro della Segnatura, e dopo lui lo furono li successivi affittuarj; ma essendo poi piaciuto al collegio de' scrittori oratore nell'anno 1744. di cominciare a tenere l'officio dell'archivio a conto proprio, e di deputare un notaro per amministratore di detto officio, come continua a fare anche al giorno d'oggi; perciò da quel tempo il collegio medesimo oratore diede al suo amministratore la formola, colla quale in tutti gli atti di quell'officio notariale, ed in conseguenza ancora della Segnatura di giustizia, doveva sottoscrivere, la quale fu la seguente = *Pro inclyto collegio dd. scriptorum archivii Romanæ curiæ N.N. administrator* = e questa formola si continua a ritenere religiosamente fino anche al presente.

§. 4. Ci ha di più esposto l'oratore; che ad oggetto di adempire esattamente alli molti affari, che per conto di tutti questi notariati vi sono nel suo officio dell'archivio, esso ha sempre ritenuto in quello a proprie spese non solo un notaro col titolo di amministratore, ma anche due altri col titolo di sostituti, uno cioè de' giudici commissarij, e l'altro del tribunale della Segnatura di giustizia, ed altrettanti giovani per loro ajuto, con di più altri subalterni per il buon servizio del publico, assegnando a ciascuno gli emolumenti corrispondenti: fra questi inservienti all'officio vi fu ammesso fin dal 1742. anche Tommaso Landini, il quale essendosi ivi abilitato nella professione di notaro, passò poi a suo tempo sostituto dei giudici commissarij colli soliti emolumenti assegnati dal collegio a tale impiego; ma essendosi nel 1764. trovato debitore di sopra scudi 500 per depositi di propine da lui distratti, fu subito licenziato dall'officio; ma non molto dopo per gra-

Exponitur stylus adhiberi solitus pro exercitio officii.

zia del collegio oratore ci fu nuovamente riammesso, essendogli però mutato l'impiego, giacchè venne posto ad esercitare il sostitutato della Segnatura, offerendo egli stesso di rilasciare al collegio in dimissione del suo debito una quota del suo mensuale stipendio, conforme realmente fece in forza della qual dimissione si trova ora residuo il di lui debito in scudi 144. 75.

§. 5. Ci ha finalmente rappresentato, che il detto Tommaso Landini diede a Noi sul fine dell'anno 1777. una supplica, in cui querelandosi, che il collegio oratore erasi appropriati, ed aveva in parte di mercede assegnati al suo amministratore dell'ufficio molti emolumenti incerti, quali all'opposto egli credeva a se dovuti, ci domandava, che obbligassimo il medesimo collegio a rilasciarglieli in avvenire; tanto più, che erano molto cresciuti gli affari del tribunale della Segnatura, e perciò molto anche cresciuta la di lui fatica, ed in conseguenza l'utile anche del collegio: sulla qual supplica presasi da Noi, per mezzo vostro, l'opportuna informazione, ed avendo da questo rilevato, che anche il tribunale stesso della Segnatura di giustizia era in intenzione di proporre qualche cosa contro il collegio, venissimo sotto li 20 gennaio 1778 nella determinazione di deputare sul memoriale di Tommaso Landini una congregazione particolare del reverendissimo cardinale Negroni pro-datario, e dei monsignori Alfani, Luigi Ruffo, Quarantotti, e Rusconi, perchè sentiti tutti gl'interessati prendesse quelle providenze, che avesse credute necessarie. Prodottosi quindi giudizialmente questo rescritto per gli atti del Vagnolini notaro vostro, e dell'A. C. li 4 aprile 1778., con cui fu fissata la giurisdizione di detta congregazione, ricorse poco dopo a Noi con una nuova supplica il collegio de' scrittori d'archivio oratore, in cui ci pregò di riflettere, che essendo il Landini se non che un'ufficiale amovibile del collegio, egli poteva non meno disciogliersi dal suo impiego, che rimanerne disciolto, giacchè lui non aveva obbligazione alcuna, per cui potesse far costare, che fosse tenuto servire coattivamente, come non era in obbligo il collegio di coattivamente ritenerlo; che di più egli vidde per tutto il tempo del suo servizio il metodo praticato, ed osservato dai suoi predecessori, vidde, che niuno reclamò dal rispettivo assegnamento, mentre anzi ognuno subentrò

al servizio colle medesime condizioni già ritrovate; sembrargli perciò il medesimo Landini affatto privo di una base, su cui fondamentare la sua azione per domandare, ed ottenere in aggravio del collegio assegnamento maggiore; tanto più, che se quelli emolumenti, che ora in conto di sua provizione percepisce l'amministratore dell'ufficio, dar si dovessero al sostituto Landini, dovrebbe il collegio soccombere ad un compenso in favore dell'amministratore, e coll'esempio del Landini qualunque altro ufficiale subalterno dell'archivio potrebbe insistere per l'accrescimento della sua provizione: soggiungendoci, che da quelle maggiori fatiche, che il medesimo Landini esaggera per li maggiori affari, e per il nuovo sistema introdotto nel tribunale di Segnatura ne derivano al medesimo maggiori emolumenti a cagione dei viatici, e di altri incerti, che lucra, nè poter da ciò egli ascrivere un particolar merito verso il collegio, il quale per altro non ha lasciato di tollerarlo pazientemente nel di lui debito scoperto nel 1764., per cui deve per anche avere la somma residuale di scudi 144. 75.: concluse pertanto la sua nuova supplica pregandoci il collegio, che quando questi riflessi avessero incontrato la Nostra approvazione, si fossimo degnati richiamare il rescritto, con cui avevamo deputato la congregazione particolare, ed avessimo soppressa questa lite, che per parte del Landini non parevagli avere un giusto fondamento, protestandosi per altro il collegio disposto di chiudere la fronte a tutte quelle sovrane disposizioni, che fossimo in questo emergente per prendere. Prima dunque di pigliare determinazione su questa nuova supplica, incaricassimo voi ad esaminare l'affare, sentiti non solamente il collegio, ed il Landini, ma anche tutti gli altri inservienti nell'ufficio dell'archivio, e di più il reverendissimo cardinal Andrea Corsini prefetto del tribunale della Nostra Segnatura di giustizia, e di esporci anche il vostro savio sentimento. Voi dunque sentiti tutti, e prese le opportune notizie, ci avete riferito, che per quanto sia vero, che Tommaso Landini, e gli altri sostituti, giovani, ed ufficiali inservienti nel detto ufficio dell'archivio siano stati dal collegio de' scrittori condotti con alcuni determinati emolumenti tanto certi, che incerti, cosicchè essendo quelli stati con loro pattuiti, e da loro accettati, non resti ad essi, secondo il rigor di ragione, diritto positivo di re-

Jurgia suborta  
super salariis  
officialium

clamare; ad ogni modo riconoscendosi quelli alquanto scarsi, e non sufficienti al mantenimento onesto dei detti ufficiali gravati quasi tutti di famiglia, pareva assai equo l'accrescerli in modo, che non avesse ad esservi in avvenire più luogo a simili querele; tanto più che con tale accrescimento di emolumenti vengono quegli ufficiali, che finalmente hanno la fede pubblica nelle mani, a porsi in stato di servire con maggior diligenza, e fedeltà il pubblico, ed a sortire da quella povertà, che potrebbe forse indurli a fare qualche cosa indoverosa, ed indecente al loro impiego.

*Præfinitio nove taxæ super salariis officialium.*

§. 6. Che però mosso voi da questi principi, che conobbe ragionevoli anche il collegio de' scrittori, concertaste non solo con di lui consenso, e soddisfazione, ma anche con equal soddisfazione e consenso di tutti gli ufficiali attualmente inservienti nell'ufficio dell'archivio una nota di emolumenti sì certi, che incerti da percepirsi perpetuamente in avvenire tanto dai presenti, quanto dai futuri ufficiali, la quale è del seguente tenore = *Nota delle mensuali provisioni, ed incerti per l'amministratore, sostituti, e giovani dell'ufficio dell'archivio della Romana curia* - al signor Giovan Battista Aretucci amministratore, non comprese l'attuale ricognizione, che deve dargli il collegio de' signori scrittori, e quella solita darsi nei processi, e giuramenti de' prelati in piena Segnatura, scudi trenta il mese; al signor Tommaso Landini sostituto della Segnatura, scudi sei il mese per provisione; inoltre li viatici per le citazioni ad comparendum pro hora certa, tanto avanti l'eminentissimo prefetto, quanto avanti monsignor uditor della Segnatura; gli emolumenti soliti delle contradette; l'esame delle liste di spese; come pure bajocchi trenta per ogni istromento di decreto di remissione di causa dal giudice criminale al civile; altri bajocchi trenta per ogni mandato de' excarcerando rilasciato, e spedito avanti la Segnatura, e le supersessorie loco termini, e rogiti delle rinuncie in broliardo avanti la suddetta Segnatura. Al signor Calisto Bizzarri sostituto de' giudici commissarij: la mensuale provisione di scudi sei; inoltre li viatici delle citazioni ad comparendum avanti li giudici commissarij; la piastra nelle spedizioni delle cause, l'esame delle liste di spese avanti li detti giudici; gli accessi quando non oltrepassino una giornata, ma quando

siano di più giorni la sola metà dell'utile, giacchè l'altra metà dovrà dividersi agli altri dell'ufficio per anzianità, conforme è stato sempre lo stile, dando la parte maggiore a chi supplisce per il medesimo nel tempo della sua assenza. Al signor Giuseppe Ricci giovane del sostituto de' giudici commissarij la mensuale provisione di scudi cinque; inoltre la metà de' viatici all'archivio di s. Pietro; e più il solito emolumento del registro delle citazioni avanti li giudici commissarij; ma quando il medesimo non possa farlo da se, lo dovrà fare il soprannumero, a cui dovrà in tal caso passarsi l'accennato emolumento del registro. = Al signor Gio: Battista Greco giovane del sostituto della Segnatura scudi cinque il mese per provisione; inoltre la metà de' viatici all'archivio di s. Pietro, ed il solito emolumento del registro delle citazioni avanti la Segnatura. = Al signor Luigi Lanciani novizio la mensuale provisione di scudi quattro, e bajocchi cinquanta compresa la scopatura dell'ufficio; e di più li viatici delli trasporti degli atti in Rota all'A.C., o in altri tribunali. = Al signor Carlo Aretucci soprannumero scudi due il mese per supplire all'attuale inabilità di qualcuno dell'ufficio, finchè però si dia vacanza di un posto numerario, e non più oltre dovendo in tal caso cessare affatto il posto, e la paga di soprannumero. = Li notariati poi, e legittimazioni solite darsi dal collegio de' signori scrittori, come ancora le copie delle matricole sia in arbitrio di detto collegio di darle a chi gli piacerà nel suo ufficio dell'archivio colle rispettive ricognizioni che sono solite; e così ancora la commissione di fare li processi de' prelati per la loro ammissione alla prelatura sia in libertà il collegio di appoggiarla a chi vorrà degl'inservienti nel detto ufficio.

§. 7. Fissata questa nota, con cui furono da voi con piacere reciproco sedate tutte le querele, e discordie fra il collegio, e gli ufficiali dell'archivio circa gli emolumenti, ci avete riferito di aver anche esaminate le altre differenze, che vi erano tra il medesimo collegio de' scrittori, ed il tribunale della Nostra Segnatura di giustizia sul notariato di essa, ed aver rilevato, che il tribunale sostiene doversi dal collegio (subito che abbia a ritenere il suo notariato, e ritrarne il pingue di lui fruttato) improntare tutte quelle spese, che occorressero mai di fare nelle occasioni di difendere la giurisdizione, ed

*Compositio alicuius quere-larum, et constitutio novi regiminis ipsius officii.*



autorità del medesimo tribunale; come pure dovere il medesimo collegio quando manca o per morte, o per dimissione il notaro sostituto della Segnatura, presentare al reverendissimo cardinale prefetto di essa un notaro idoneo tra gl' inservienti nell' ufficio dell' archivio, che sia di soddisfazione del medesimo cardinale prefetto, ed in caso, che questo non gli piacesse, dovergliene presentare un altro pure dell' istesso ufficio; nelle quali istanze parere a voi, che il tribunale soprannominato possa soddisfarsi. Avendo dunque Noi sentito questa vostra relazione, e savio sentimento, come pure avendo considerato tutto ciò, che avete colla solita vostra accuratezza fatto in questo affare, ci siamo determinati usare verso il collegio de' scrittori d' archivio supplicante gli atti della Nostra paterna clemenza, e di accordargli la grazia, come in appresso.

§. 8. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato l'intero tenore di tutte quelle cose, che fossero necessarie da esprimersi, di Nostra certa scienza, e colla pienezza della Nostra suprema autorità vi ordiniamo, che in nome Nostro decretiate, dichiariate, e comandiate, conforme Noi decretiamo, dichiariamo, e comandiamo, che venga riportato il Nostro rescritto del 20. gennaio del 1778. fatto sulla supplica umiliataci per parte del soprannominato Tommaso Landini odierno sostituto della Segnatura di giustizia nell' ufficio dell' archivio, con cui deputammo una congregazione particolare per risolvere, se fossero a lui dovuti alcuni emolumenti, che da molto tempo si percepivano dall' amministratore del detto ufficio assegnatigli dal collegio oratore in conto del di lui mensuale stipendio, estinguendo intieramente quella lite. Vogliamo però, che tanto al suddetto Landini notaro sostituto del tribunale della Nostra Segnatura di giustizia, ed ai di lui successori, quanto a tutti gli altri, che ora prestano, e che presteranno in futuro il loro servizio nell' ufficio dell' archivio spettante al collegio oratore, quali tutti ordiniamo, che debbino esser soggetti al medesimo collegio, come al vero loro podrone, s'intendino stabiliti, e fissati quegli emolumenti certi, ed incerti solamente, che si leggono espressi nella nota da voi formata, e che ci avete distintamente riferita di sopra; qual nota, che è già inserita nel presente Nostro chi-

rografo, vogliamo, e comandiamo, che voi la sottoscriviate per autenticarla, che debba poi sempre ritenersi affissa, ed esposta in detto ufficio dell' archivio a pubblica comodità, ed istruzione: inoltre, acciocchè il suddetto Tommaso Landini venga in qualche maniera compensato degli emolumenti passati del suo attuale impiego di sostituto della Segnatura da esso non percepiti, vogliamo, che gli siano dal collegio condonati gli scudi 144., 75., dei quali egli resta ancora debitore del medesimo.

§. 9. Vogliamo, e comandiamo similmente, che il notariato della Nostra Segnatura di giustizia perpetuamente stia nel modo medesimo, con cui vi è stato finora, appresso il detto collegio dei scrittori dell' archivio della Romana curia, il quale potrà continuare ad intitolarsi negli atti di esso tribunale, come si è intitolato, e sottoscritto fino adesso: con condizione espressa però, che lo stesso collegio debba subire tutte le spese, che bisognasse mai di fare per difendere la giurisdizione, ed autorità del medesimo tribunale; come anche vogliamo, e comandiamo, che in qualunque caso di vacanza del notaro sostituto, che immediatamente serve il reverendissimo cardinal prefetto della Segnatura, e monsignor uditor del medesimo, debba il sopradetto collegio presentare al cardinale prefetto della medesima un notaro idoneo del suo ufficio d' archivio, che sia di soddisfazione di esso cardinal prefetto, ed in caso, che quello non piacesse, debba presentarne un' altro, sempre però di quei, che attualmente servono, o serviranno in avvenire nel medesimo ufficio dell' archivio, senza aversi a prendere da luogo, o ufficio diverso. In esecuzione pertanto del presente Nostro chirografo ne pronunciate qualunque decreto, concederete in nome Nostro le opportune facoltà, e farete tutt' altro, che pel totale adempimento, perpetua fermezza, e sussistenza di questa Nostra grazia stimarete essere in qualsivoglia modo spediente, e necessario: essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

§. 10. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, quantunque non esibito, e nè registrato in camera, e ne' suoi libri non possa inaidarsi, nè opporsi di sorrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri

Collegium confirmatur in notarium Signaturam Justitiae.

Omne juris remedium tollitur adversus chirographi tenorem

Officiales declarantur subditi, ac dependentes a collegio.

qualunque pretesti possa essere impugnato, moderato, o rivotato, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale benchè collegiale, congregazioni anche de' reverendissimi cardinali, camerlengo di S. Chiesa, tesoriere, Ruota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario. Dichiarando Noi sin d' adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirograto, quale vogliamo, che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi fossero state intese, o citate quelle persone ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche, e luoghi pii, che vi avessero, o pretendessero avervi alcun interesse, e che per comprenderle facesse bisogno di speciale, ed individua menzione.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 11. Non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore de registrandis; la regola della Nostra cancellaria de jure quæsita non tollendo, ed altre qualsivogliano costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, ed difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena e totale esecuzione di quanto si contiene nel Nostro presente chirografo, ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico al Vaticano questo dì 30. giugno 1779.

Pius pp. VI.

Executio chi-  
rographi juxta  
illius tenorem.

§. 12. Volentes itaque injuncta nobis ab eodem sanctissimo Domino Nostro papa debitæ executioni demandare: utendo facultatibus nobis in ipso chirographo tributis præfati sanctissimi Domini Nostri papæ nomine decernimus, declaramus, atque mandamus reportari rescriptum ejusdem sanctissi-

mi emanatum die 20. januarii anni proxime præteriti 1778. ad instantiam domini Thomæ Landini hodierni substituti Signaturæ justitiæ in officio dicti archivii Romanæ curiæ, cum quo Sanctitas Sua deputavit congregationem particularem ad effectum decernendi, an ei deberentur nonnulla emolumenta, quæ a multo tempore percipiebantur a domino administratore ejusdem officii archivii, a præfato collegio supplicante ipsi assignata in computum sui mensualis stipendii, unde hujusmodi lis integre extincta remaneat, et remanere debeat. Volumus tamen dicto nomine, et expresse mandamus, ut tam dicto domino Landini notario substituto tribunalis Signaturæ justitiæ, ejusque successoribus, quam cæteris aliis modo, et in futurum inservientibus in supradicto officio archivii ad antedictum collegium spectante, qui omnes subditi esse debeant eidem collegio tanquam eorum vero domino constituta sint emolumenta certa, et incerta, quæ leguntur adnotata in notula per nos efformata, et distinctim relata Sanctitati Suxæ, ac inserta et registrata in supradicto chirographo, quæ quidem notula per nos, de ordine sanctissimi firmata, et subscripta volumus, ut in prædicto officio ad publicam instructionem, et commoditatem semper exposita debeat retineri. Ulterius volumus nomine prædicto, ut in quamdam veluti præteritorum emolumentorum non perceptorum compensationem, condonentur prænominato domino Thomæ Landini a supradicto collegio illa scpta centum quadráginta quatuor, et obul. 75, quæ adhuc ipse debet dicto collegio. Volumus præterea eodem prædicto nomine, ut notarius tribunalis Signaturæ justitiæ perpetuo maneat eodem modo, quo hactenus fuit, penes idem collegium scriptorum archivii Romanæ curiæ, et notarius administrator poterit in futurum se subscribere in actis ejusdem tribunalis Signaturæ simili modo, quo se hactenus subscripsit, conditione tamen expressa quod præfatum collegium omnes subire debeat sumptus, quos fieri oporteat, pro tuitione jurisdictionis, et auctoritatis ipsius tribunalis; prout pariter eodem nomine volumus, ut in quocumque casu vacationis notarii substituti immediate inservientis eminentissimo, et reverendissimo domino cardinali præfecto Signaturæ justitiæ, ejusque reverendo patri domino auditori collegium orator præsentare debeat dicto eminentissimo domino cardinali præfecto nota-

rium idoneum eminentiæ suæ benevolum, et in casum recusationis, notarium alterum ex iis tamen, qui suo officio archivii de tempore vacationis hujusmodi inserviunt, et non aliunde desumendum, et non alias, ut fusius in suprascripto chirographo exprimitur, et juxta in omnibus, et per omnia illius formam, seriem, et tenorem. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, legibus, statutis, et aliis, quibus omnibus idem sanctissimus Dominus Noster papa in suo præinserto chirographo amplissime, et expresse derogavit. In quorum fidem.

Datum Romæ ex palatio nostræ residentię hac die ix. julii MDCLXXIX.

## CCXI.

Extensio brevium Pauli III. et Clementis VIII. quoad satisfactionem legatorum piorum regnorum Portugalię etc.

## Pius PP. VI.

## Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **D**ives in misericordia Dominus, qui dat omnibus affluenter, ita Nos misericordes in pauperes esse voluit, ut nemo conqueri possit hominem non habere, cui vel propriam aperiat egestatem, vel a quo invicem egestatis suę congruum valeat referre subsidium. Divino itaque obtemperantes mandato, merito inopum miseriis commovemur, dum quos in terrena facultate noverimus esse dissimiles, eos saltem in necessariis gloriemur Nobis esse æquales. Sane christianę pietatis testes sunt pauperes ostiatim emendicantes, qui aliena miseratione propria sublevantur inopia: testes sunt pię domus ubique erectę alendis pauperibus sanandisque ægrotis, ubi in omni misericordię opere una ea intervenit manus, quę panem frangendo auget, et erogando multiplicat.

§. 2. Siquidem exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii proveditor, et confratres confraternitatis Misericordię civitatis Ulyssipponensis administratores regii xenodochii ejusdem civitatis, quod

alias felicis recordationis Paulus pp. III. prædecessor Noster per suas literas per sacram Pœnitentiariam die xx. augusti MDXLV. ad preces tunc existentium ejusdem xenodochii administratorum expeditas ex causis in eisdem literis expressis memorato xenodochio, ut legata a testatoribus in suis testamentis relicta, nisi tempore in eis præfixo, et limitato executioni demandata fuissent, ipsi xenodochio eo ipso applicarentur, et per quęvis pia opera, quę in illo fierent, piis illis operibus, quę iidem testatores in suis testamentis exequi mandabant, satisfieri censeretur, quoad civitatem Ulyssipponensem prædictam dumtaxat, et ejus districtum, concessit, et indulgit; subinde vero cum ex aucto tum infirmorum, ac peregrinantium, tum infantium expositorum numero, auctę quoque essent expensę pro illius sustentatione, quin illius redditus interim aliquod augmentum suscepissent memorati administratores a felicis recordationis Clemente pp. VIII. prædecessore itidem Nostro concessionem prædictam ad universam Ulyssipponensem diocesim extendi, ac ampliari obtinuerunt, prout memoratis tum Pauli tum Clementis prædecessorum literis uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ad administratores dicti xenodochii ex illius redditibus, nedum pauperum infirmorum, infantium, expositorum, sed etiam orphanorum, et carceratorum cura, et sollicitudo incumbat, quocirca redditus prædicti necessariis, opportunisque expensis pares neququam sint; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur votis charissimę in Christo filię Nostrę Marię Francisçę Portugalię, et Algarbiorum regiņę fidelissimę, quantum in Domino possumus, annuere cupientes, ipsosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati memoratam concessionem a prædicto Paulo prædecessore ad civitatem Ulyssipponensem, et ejus districtum limitatam, et a Clemente itidem prædecessore ad univer-

Dat. die  
7. iulii  
1779  
Anno V.

Proemium,

Expositio præsum.

Tenar. Boness. Goniis.

sam Ulyssipponensem diœcesim dumtaxat ampliatam ad omnia regna, insulas, ac acquisitionis regiones, aliaque dominiã eidem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ subjecta; servata tamen in reliquis forma, et dispositione eardem Pauli, et Clementis literarum auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus, seu de novo, quatenus opus sit, concedimus, et indulgemus. Quoniam autem pauperum solatio illorum locorum, in quibus xenodochia, seu domus Misericordiæ iisdem prædictis oneribus subjecta jamdiu erecta existunt, et ubi in posterum legata non satisfacta prædicta erunt exigenda, congruere videtur ut illis etiam aliquo modo consulatur, hinc harum serie volumus, ac decernimus, ut pro eis locis aut civitatibus in quibus jam xenodochia, ut præfertur, erecta existunt, duæ tantum ex tribus partibus eorundem legatorum regio xenodochio prædicto civitatis Ulyssipponensis applicentur; ita ut alia pars in utilitatem, ac commodum ipsorum localium xenodochiorum cedat. Committimus, insuper, ac tenore præsentium mandamus omnibus archiepiscopis, episcopis, aliisque antistibus regnorum, ac ditionum quatumcumque eidem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ subjectarum, ut si, in ecclesiis, quas per se, vel per suos delegatos visitaverint, testamenta, vel legata aliqua pia in tempore præfixo, et limitato non executâ repererint, eo ipso prædicto regio xenodochio præmissis modo, forma, et conditionibus, quanto citius applicare, eadem auctoritate curent, et studeant.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat de præsentibus, et in futurum quancumque spectabit plenissime suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio constitutorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, quorumcumque testatorum, qui legata prædicta ordinarunt etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa, sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in universalibus, pro-

vincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die septima julii anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono pontificatus Nostri anno quinto.

## CCXII.

Concessio indulti circa festum sanctissimi Cordis Jesu cum vigilia, et jejunio in regnis Portugalliæ.

Dat. die  
7. julii  
1779  
Anno V.

Pius PP. VI,

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **A**lias Nos precibus charissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ Nobis porrectis annuendo, ut in regnis prædictis festum sanctissimi Cordis Jesu quotannis sub ritu duplici primæ classis feria sexta post octavam sanctissimi Corporis Christi celebraretur concessimus, et indulgimus. Cum autem memoratæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ pietas festum prædictum majori solemnitate promovere summopere cupiat; Nobis propterea ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ nomine nuper supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Premium

Ampliatio concessiois

§. 2. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, ut in regnis Portugalliae, et Algarbiorum praedictis festum sanctissimi Cordis Jesu cum vigilia, ac jejunio, inuncto omnibus insuper a quocumque servili opere abstinendi praecipio futuris temporibus celebretur, auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium statuimus, ac mandamus. Quoniam autem fieri potest, ut dies festus, aut sancti Joannis Baptistae, vel sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, seu sancti Antonii Patavini, quem in illis regnis tamquam primum patronum eximio, ut moris est, honore Christianifideles venerantur, ac colunt in feriam quintam incidat; hinc harum serie praecipimus, ac declaramus, ut una eademque vigilia, et unum idemque jejunium, quod feria quarta servandum erit, satis sit eo casu ad utrumque praecipium adimplendum.

Derogatio contrarium.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur; quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die septima julii anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXIII.

Confirmatio unionis provinciae Romanae cum provincia Lauretana, et electionis officialium novae provinciae, cum approbatione decreti capitularis die fratrum s. Francisci de Paula Minorum nuncupatorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. De religiosorum ordinum felici gubernio apprimè solliciti, dignum, quia potius debitum reputamus apostolicæ providentiæ partes in iis interponere, quæ ad eorum prosperum statum,

Bull. Rom. Tom. VI

cum regularis disciplinae augmento stabilendum, conducere in Domino arbitramur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Franciscus Gengemma fratrum ordinis s. Francisci de Paula Minorum nuncupatorum corrector generalis, quod alias felicis recordationis Benedictus pp. XIV. predecessor Noster, attento, quod Romana dicti ordinis provincia parvo fratrum numero constabat, supplicationibus tunc in humanis agentis Laurentii Pinelli, ejusdem ordinis pariter correctoris generalis desuper sibi humiliter porrectis benigne inclinatus, memoratam provinciam unjendi, et incorporandi provinciae Florentinae ejusdem ordinis, ita ut ex his duabus, una tantum constitueretur, ac insuper, suspensis interim pro ea tantum vice provincialibus utriusque provinciae capitulis, correctorem provincialem, tres collegas, et sex definitores eligendi, et creandi facultatem eidem Laurentio correctori generali concessit, ac alias prout in suis rescripto diei iii. augusti MDCCCL et apostolicis in simili forma Brevis die xv. januarii MDCCCLI expeditis literis plenius continetur.

§. 3. Diu autem non perstitit unio hujusmodi; etenim fratres dictae provinciae Florentinae licet parvo conventuum numero compositae, satius duxerunt per se ipsos regi et gubernari, quam promiscue cum aliis; id circo porrectis pro eorum parte precibus felicis itidem recordationis Clementii pp. XIV. etiam praedecessori Nostro, per apostolicas ejus in pari forma Brevis die xviii. maji MDGCLXXI. expeditas literas obtinuerunt sese in pristinum restitui posse juxta primodictarum literarum formam, et dispositionem, quibus nempe cautum erat, ut si unionem hujusmodi omnino futuro tempore in toto, vel in parte perturbari, et immutari contingeret, ex tunc Florentina provincia dissoluta, et tamquam nunquam unita censeretur, et esset; Romana vero ad eum statum reverteretur, in quo tunc erat, cum a pie memoriae Benedicto pp. XIII. praedecessore itidem Nostro per similes literas sub data die xi. augusti MDCCXXVIII. editas fuerat erecta.

§. 4. Hac igitur separatione, et respective restitutione sequuta, novit Romana provincia se in deteriore statu prolapsam; cum enim tempore praedictae unionis neglectum fuerit ad regularem hujusmodi habitum, et professionem subditos in temporalibus hu-

Exponitur quomodo fuerit decreta unio provinciae Romanae cum provincia Florentina.

Quomodo in pristinum provinciam restituta fuerint narratur.

Inde surrexit necessitas novae decernendae unionis.

Dat. die  
7. julii  
1779.  
Anno V.

Proemium

jus sanctæ Sedis admittere, horum idcirco numerus ita est imminutus, ut una cum alienigenis, qui fere majorem partem constituent, octo supra quadraginta non excedat; itaque probe animadvertens dictus Joannes Franciscus corrector generalis conventuum, et religiosorum provinciarum hujusmodi numero tam exiguo regularis observantiarum disciplinam inibi vigere, et efflorescere non posse, ac propterea ne tractu temporis inreperet inobservantia, et relaxatio, Romanam prædictam cum Laurentana dicti ordinis provincia a Nobis uniri; et subinde, quo confusionibus quæ oriri possent ex novitate, et contraria statutorum memorati ordinis eadem auctoritate confirmatorum dispositione, prohibentium nempe, ne duo correctores provinciales, uni, eidem provinciali capitulo præsent, neque in eo sex collegæ ferant suffragium, facultatem ad formam illius memorato Laurentio correctori generali; ut præfertur, tributæ, videlicet ( prævia suspensione capituli provincialis ab utraque provincia de more respective celebrandi ) novum correctorem provincialem, aliosque officiales provinciarum sic unitæ eligendi, aliaque ad provinciale capitulum spectantia pro prima vice gerendi, sibi per Nos concedi desiderans, semel, atque iterum Nobis supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor decreti  
unionis.

§. 6. Nos hujusmodi supplicationibus inclinantes, die xxi julii MDCCLXXVII per Nostrum rescriptum petitiæ provinciarum unioni annuimus; quo vero ad optatam facultatem eligendi correctorem provincialem, aliosque officiales novæ provinciarum, aliaque præmissa gerendi die xxi augusti MDCCLXXVII per simile rescriptum remisimus præces arbitrio dilecti filii Nostri Caroli Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Rezzonico nuncupati prædicti ordinis apud Nos, et eandem sedem protectoris, cum facultatibus necessariis, et opportunis: qui quidem Carolus cardinalis vigore hujus rescripti edidit decretum tenoris sequentis videlicet = Cum jam ad preces patris Joannis Francisci Gægemma ordinis Minorum correctoris generalis, Sanctissimus Dominus Noster papa pius VI per rescriptum æditum sub die xxi julii currentis anni MDCCLXXVII provinciam Romanam cum provincia Laurentana, seu Anconitana unierit, et incorporaverit, atque ad ejusdem sic unitæ provinciarum ma-

jorem firmitatem literas apostolicas in forma Brevis expediri mandaverit.

§. 7. Cumque præterea ad iteratas preces ejusdem correctoris generalis, qui exponens eidem Sanctissimo Domino Nostro in præfata sic unita provincia justis de causis in supplici libello allatis, correctorem provincialem, collegas, et definitores per capituli provincialis celebrationem minime eligi posse, humiliter deprecatus est ut sibi, pro hac vice tantum, ac per modum provisionis, dignaretur facultates necessarias, et opportunas ad prædictas electiones perficiendas impertiri, nostro arbitrio easdem petitas facultates eidem correctori generali concedendi, benigne commiserit: nos præmissa auctoritate in præinserto Sanctissimi Domini Nostri rescripto utendo, rationibusque in supplici libello expositis mature perpensis, necnon iuspectis informatione, et voto p. procuratoris generalis, tenore præsentium, suspensis capitulis provincialibus, quæ in utraque provincia, Romana videlicet, et Laurentana juxta dicti ordinis statuta, die xxix proximi futuri septembris celebranda forent, eidem p. Joanni Francisko Gægemma correctori generali omnes, et singulas facultates necessarias, et opportunas impertimur, ut hujusmodi sic unitæ provinciarum ( in posterum provincia Romana-Laurentana vocandæ ) pro hac vice duntaxat, et per modum provisionis, unum correctorem provincialem, tres collegas, et sex definitores provinciales probitate dignos ( habita ratione ad alumnos utriusque provinciarum ) canonicè eligere, ac deputare possit, et valeat; necnon vel per se ipsum, vel per præfatos correctorem provincialem, et suos collegas eligendos statuere, et definire ea omnia, et singula, quæ in capitalibus provincialibus de ordinis constitutione, ac de jure peragi solent; et ita dicimus, decernimus, ac declaramus, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Volumus autem, ac præcipimus, ut nostras hasce declarationes, determinationes, definitiones ( si ita Sanctissimo Domino Nostro placuerit ) in literis apostolicis in forma Brevis provisione dictarum provinciarum expediendis inserantur. Datum Romæ ex ædibus nostris hac die vicesima nona augusti millesimo septingentesimo septuagesimo septimo.

L. ✕ S.

C. card. Rezzonico protector.

Consultur electioni correctoris, collegarum, et definitorum.

Consultatur e-  
que dimissioni  
mis alieni  
utrasque pro-  
vincias.

§. 8. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, postquam memoratus Joannes Franciscus corrector generalis facultatibus per decretum præinsertum sibi impertitis usus fuit, vocales capituli intermedii habiti in conventu ejusdem sancti Francisci de Paula fratrum prædicti ordinis civitatis Nostræ Æsinæ diebus xxvii, xxviii, et xxix septembris novissimæ elapsi statuerint, alienum æs, quo utraque provincia gravata existit misceri, et in unum confundi non debere, sed rationi congruum esse unamquamque suum respective persolvere, prout habetur in iisdem actis, tenoris sequentis, videlicet.

Tenor decreti  
editi super hæc  
dimissione aris  
alieni.

§. 9. Insuper patres synodici declaraverunt, et notum fecerunt, quod provincia Lauretana nullimode intendit solvere debita cujuscumque generis, ad quæ tenentur conventus provincie Romanæ quia hoc esset in summam ægestatem, et miseriam ipsos conventus redigere, cum non pauca sint debita, quæ fore supra vires habent, pro quibus solvendis magnum incommodum singulis annis sentiunt: quare sicut justum non esset, ut conventus provincie Romanæ solverent debita conventuum Lauretanorum; ita nec æquum est, ut conventus Lauretani solvant illa provincie Romanæ; et ideo decernant, ut unaquæque provincia solvat debita propria, et respectiva; et reverendus admodum procurator provincialis exponat in memoriali ad sanctissimum hanc determinationem, supplicetque Sanctitatem Suam, ut jubeat, hanc in Brevi apponi. Quæ quidem omnia ab omnibus patribus synodicis, nemine discrepante, approbata fuere. Concor-dat cum suo originali de verbo ad verbum. Ita est.

L. ✕ S.

Fr. Franciscus Paulus Diana def-  
finitor, et capituli scriba ma-  
nu propria.

Tenor confir-  
mationis de-  
creti latisuper  
unione, et di-  
missione aris  
alieni.

§. 10. Nobis propterea prædictus Joannes Franciscus corrector generalis humiliter supplicari fecit, ut tum unionem per primodictum rescriptum concessam, tum electionem officialium novæ provincie hujusmodi per eum, ut præfertur, factas, nec non etiam decretum capituli intermedii prædicti confirmare, et approbare de benignitate apostolica signaremur. Nos igitur dictum Joannem Franciscum correctorem generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a qui-

busvis excommunicationis, et interdi-  
cti, aliisque ecclesiasticis censuris, sen-  
tentis, et pœnis quovis modo, et qua-  
cumque de causa latis, si quas forte  
incurrit, hujus tantum rei gratia ab-  
solventes, et absolutum fore censentes,  
hujusmodi supplicationibus inclinati:  
provincias Romanam, et Lauretanam  
prædicti ordinis, et illarum respective  
conventus auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo unimus, ad-  
nectimus, et incorporamus, dictasque  
duas provincias sic unitas, adnexas, et  
incorporatas, in unam dumtaxat pro-  
vinciam Romanam Lauretanam deia-  
caps nuncupandam, ab uno tantummo-  
do correctore provinciali, tribus col-  
legis, et sex definitoribus regendam,  
gubernandamque, auctoritate, et tenore prædictis constituimus: præterea de-  
putationem, et nominationem corre-  
ctoris, collegarum, et definitorum pro-  
vincialium in dicta memorata Romana  
Lauretana provincia a prædicto Joanne  
Francisco correctore generali vigore  
præinserti decreti per dictum Carolum  
cardinalem editi factas, ut præfertur,  
auctoritate, et tenore prædictis adpro-  
bamus, et confirmamus, illisque in-  
violabilis apostolicæ firmitatis robur adji-  
cimus, omnesque, et singulos juris, et  
facti etiam substantiales defectus, si qui  
desuper in præmissis intervenerint, seu  
intervenisse dici, censi, vel prætendi  
posset, dicta auctoritate supplemus, et  
sanamus, electionemque dictorum cor-  
rectoris, collegarum, et definitorum  
provincialium, sic, ut præfertur, ha-  
bitam suam sortiri debere effectum in  
omnibus, et per omnia, perinde ac si  
eorum electio, et nominatio in capi-  
tulo provinciali, accedentibus omnibus  
sic unitarum provinciarum vocalibus,  
et in eo suffragantibus facta fuisset,  
ita ut dicti corrector, collegæ, et de-  
finitores provinciales ab ipso Joanne  
Francisco correctore generali, ut præ-  
fertur, nominati, in demandato uni-  
cuique manere, seu officio, ad usque  
completum præsens triennium, juxta  
regularia dicti ordinis instituta remane-  
re possint, ac omnibus privilegiis, au-  
ctoritate, facultatibus, aliisque omni-  
bus solitis, et consuetis frui valeant,  
eadem auctoritate decernimus itidem,  
et declaramus; statutum denique, seu  
decretum a vocalibus capituli interme-  
dii prædicti editum, et similiter præin-  
sertum pari auctoritate adprobamus, et  
confirmamus, atque in omnibus, et per  
omnia servandum esse, et fore volumus,  
et declaramus.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 11. Decernentes easdem præsen-  
tes literas semper firmas, validas, et  
efficaces existere, et fore, suosque ple-  
narios, et integros effectus sortiri, et  
obtinere, ac illis ad quos spectat, et  
pro tempore quandocumque spectabit  
plenissime suffragari, et ab eis inviola-  
biliter observari; sicque in præmissis  
per quoscumque iudices ordinarios, et  
delegatos etiam causarum palatii apo-  
stolici auditores iudicari, et definiri  
debere, ac irritum, et inane si secus  
super his a quoquam quavis auctoritate  
scienter, vel ignoranter contigerit at-  
tentari.

Derogatio con-  
trarium.

§. 12. Non obstantibus constitutio-  
nibus, et ordinationibus apostolicis, nec  
non, quatenus opus sit, Nostra, et can-  
cellariæ apostolicæ regula de jure quæ-  
sito non tollendo, ac ordinis, et pro-  
vinciarum hujusmodi etiam juramento,  
confirmatione apostolica, vel quavis fir-  
mitate alia roboratis statutis, et con-  
suetudinibus, et decretis; privilegiis quo-  
que indultis, et literis apostolicis su-  
perioribus, et personis sub quibuscum-  
que tenoribus, et formis, et cum qui-  
busvis etiam derogatoriis derogato-  
riis, aliisque efficacioribus efficacissi-  
mis, ac insolitis clausulis, irritantibus-  
que, et aliis decretis in genere, vel in  
specie, ac aliis in contrarium quomo-  
dolibet concessis, approbatis, et inno-  
vatis. Quibus omnibus et singulis illo-  
rum tenores præsentibus pro plene, et  
sufficienter expressis, ac insertis ha-  
bentes illis alias in suo robore perman-  
suris ad præmissorum effectum, hac  
vice dumtaxat specialiter, et expresse  
derogamus, cæterisque contrariis quibus-  
cumque.

Fides habenda  
transumptis.

§. 13. Volumus autem, ut præsen-  
tium literarum transumptis, seu exem-  
plis etiam impressis, et manu alicujus  
notarii publici subscriptis, et sigillo  
dilecti filii moderni, et pro tempore  
existentis dicti ordinis zelosi, seu pro-  
curatoris generalis munitis eadem pror-  
sus fides ipsis adhibeatur, quæ adhibe-  
retur ipsis præsentibus si forent exhi-  
bitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud san-  
ctam Mariam Majorem sub annulo piscato-  
ris die septima julii anno millesimo sep-  
tingentesimo septuagesimo nono pon-  
tificatus Nostri anno quinto.

CXIV.

Dat. die  
7. julii  
1779.  
Anno V.

Confirmatio quorundam statutorum pro  
congregatione de Serra de Ossa nun-  
cupata ordinis sancti Pauli primi ere-  
mitæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xpedi interdum ad reli-  
giosorum ordinum quietem, tranquil-  
litatemque servandam, nonnulla, quæ  
in eis minus caute inducta, ac statuta  
sunt, si ad eorum bonum regimen con-  
ducant apostolicæ confirmationis robo-  
re communire.

Proemium

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper  
fecerunt dilecti filii modernus genera-  
lis, et definitores ordinis sancti Pauli  
primi eremitæ congregationis de Serra  
de Ossa nuncupatæ regnorum Portugalliæ,  
et Algarbiorum, quod alias, nempe ano  
MDCCLII. tunc existentes genera-  
lis, et definitores ordinis, et congre-  
gationis hujusmodi in capitulo, quod  
vocat intermedio legitime congregati,  
ad comune dictæ congregationis bonum  
ediderunt statuta, quæ sequuntur, vi-  
delicet.

Tenor statuto-  
rum, quorum  
confirmatio ex-  
postulatur.

§. 3. I.º Quod hora nonæ, quæ ju-  
xta præscriptum constitutionum dicen-  
da est sex anni mensibus, a paschate  
nimirum resurrectionis Domini Nostri  
Jesu Christi, ad festum usque exaltatio-  
nis sanctæ Crucis, elapsa jam hora post  
meridiem, eodemque tempore, præ-  
missa lectione spirituali, mentalis ha-  
benda est oratio, deinceps per totum  
anni decursum immediate post horam  
sextæ persolvatur, atque post horam  
primæ subsequatur lectio spiritualis,  
in cujus meditatione, ad quam omnes  
religiosi convocandi erunt, dimidium  
horæ permaneant, quæ quidem horæ  
commutatio in more est hodie apud mul-  
tas religiones.

De hora nona  
singulis diebus  
persolvenda.

§. 4. II.º Quod generalia comitia,  
quæ secundum constitutiones celebrari  
solent in festo pentecostes hora post me-  
ridiem, possint deinceps celebrari de  
mane in pervigilio ejusdem festivitatis,  
cantata prius ejusdem vigiliæ missa,  
et immediate post effusis per quadran-  
tem horæ ad Deum precibus, sicut mos  
est suæ religionis; item quod capitula-  
res suffragium laturo in hujusmodi  
comitiis, pro ingressu in domum capi-  
tularum, non ut usque modo in pervi-

De comitiis ge-  
neralibus cele-  
brandis.



gilio pentecostes, sed sexta feria præcedenti convocentur.

De conventus  
præfixione pro  
quovis religioso

§. 5. III.º Quod generales noviter electi præfixum habeant conventum sicuti, et cæteri aliarum religionum, cujus locales sint præsides, seu superiores, et ad hujusmodi effectum deputetur conventus vulgo Serra de Ossa tamquam caput totius congregationis; quodque præses, sive vice-rector hujus conventus sit religiosus tum ætate, et moribus, tum regulari observantia inter alios major, eique competat, quoties voto personali careat, pro tempore hujus muneris jus suffragandi in capitulo generali, quemadmodum nunc rectores prælaudati conventus habere solent.

De domo capitulari in quo comitia generalia habeantur.

§. 6. IV.º Quod conventus sanctissimi Sacramenti civitatis Lisbonensis futurus sit domus capitularis, in quo comitia generalia habeantur, reservata nihilominus generali, et definitorio facultate celebrandi capitulum generale in quolibet alio ordinis conventu, in quo forsitan major reperiri poterit commoditas, quod tamen nonnisi semel contingere possit, interveniente pro hujusmodi effectu etiam juxta causam; item quod qui laudabiliter generalatu sunt perfuncti, in actibus comunitatis præcedentia polleant, super actuales definidores, sicuti in aliis religionibus mos est.

De munere vicarii hospitii.

§. 7. V. Demum quod vicarius hospitii, quod in futurum collegium erit universitatis Conimbricensis, pro tempore quo fungetur vicariatus munere, facultatem habeat ferendi suffragium in capitulis generalibus, quemadmodum vicarii hospitiorum vulgo de Borba, et del Val de Infante ejusdem congregationis tali jure potiuntur.

Rescriptum sacre congregationis Episcoporum, et Regularium, confirmatum a Benedicto XIV.

§. 8. Hinc itaque ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum pro statutorum hujusmodi approbatione, et confirmatione recursum habito, eadem congregatio precibus sibi desuper porrectis rescribendum censuit, quod redactis ad selectiorem methodum constitutionibus instarent pro illarum adprobatione; quod quidem rescriptum per apostolicas felices recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri in simili forma Brevis die viii. martii. MDGCLII. expeditas literas confirmari obtinuerunt, ac alias prout in eisdem literis quarum tenorem præsentibus pro plenè, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius conti-

netur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, generalis, et definitores tunc existentes prædicti, apostolicas hujusmodi literas perperam interpretantes, easque votis suis conformes existimantes, præinserta statuta in usum induxerint, et tamquam ab apostolica Sede adprobata, juxta illorum dispositionem, et continentiam eadem congregatio se usque nunc gubernaverit; exponentes autem compertum habentes ex usu hujusmodi non modicum ipsi congregationi commodum, et decus accessisse, ac propterea quæ legitime subsistant, et exacte servantur a Nobis confirmari, et adprobari, ac alias desuper opportune providere summopere desiderent.

§. 9. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis, inclinati, præinserta statuta, omniaque, et singula in eis contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus: superiores autem, et fratres ordinis et congregationis hujusmodi a quibuscumque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, quas propter eorundem statutorum usum incurrerunt, seu incurrisse dici, censeri, vel prætendi posset, auctoritate, et tenore prædictis absolvimus, et liberamus.

Tenor confirmationis.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et

Clausula sublata, et decretum irritans.

auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis et congregationis hujusmodi etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus; et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quemodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus præplene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duratam specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Mariam Majorem sub anno piscatoris die septima julii anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.



CCXV.

Dat. die  
14. julii  
1779.  
Anno V.

Revocatio Brevis Benedicti XIV. per quod ad supplicationem dictæ confraternitatis vetitum fuit, ne ejus confratres ad quasdam cappellanas per eandem confraternitatem administrari solitas, ullum ex suis consanguineis, vel affinibus nominare, seu præsentare possint.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **A**lias pro parte tunc existentium officialium, et confratrum confraternitatis sub invocatione Animarum Purgatorii in parochiali ecclesia sancti Juliani villæ de Lettubal Lisbonensis diocesis canonice, ut asserbatur, erectæ felicis recordationis Benedicto XIV. prædecessori Nostro exposito, nonnullarum cappellaniarum administrationem, et ad illarum pro tempore vacantium nominationem, seu præsentationem idonearum personarum, ad eandem confraternitatem pertinere, se verò rationi abusuim quotidie ob nominationes, seu præsentationes hujusmodi irrepentium, in quadam dictæ confraternitatis publica congregatione statuissè, quod perpetuis futuris temporibus nullus seu clericus, seu presbyter cujuscumque gradus, qualitatis, præeminentiæ, vel conditionis, quamvis filius, frater, aut consanguineus, vel affinis cujuscumque confratris, qui clericus, seu presbyter per plures annos in qualitate officialis eidem confraternitati inserviisset, ad prædictas cappellanas nominari, seu præsentari, vel ad illas nominatus, et præsentatus, in eis institui posset, sub nullitatis nominationum, seu præsentationum, aut institutionum hujusmodi, ac aliis respective pœnis a transgressoribus incurrendis; statutum vero hujusmodi a tunc temporis patriarcha Lisbonensi per decretum die viti mensis augusti MDCCLIII. seu alio veriori tempore, ordinaria ejus auctoritate editum, confirmari obtinuisse: postmodum vero eidem Benedicto prædecessori supplicato, ut ad hujusmodi decreti firmitatem, apostolicæ confirmationis robore illud commutare dignaretur, idem Benedictus prædecessor, precibus sibi desuper humiliter porrectis inclinatus per apostolicas suas in simili forma Brevis die ii augusti MDCCLV. expeditas, et

Tenor brevis  
Benedicti XIV.

perpetuo valituras: literas, decretum hujusmodi apostolica auctoritate approbavit, et confirmavit, decernens insuper ut eadem literæ nullo unquam tempore sub quibuscumque revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis dispositionibus, tam per se, quam per Sedem apostolicam etiam motu proprio factis, et faciendis, comprehenderentur, sed semper ab illis exceptæ, et quoties illæ emanassent, toties in pristinum, et validissimum statum restitutæ, ac tamquam de novo, etiam sub posteriori data per officiales, et confratres dictæ confraternitatis pro tempore eligenda concessæ intelligerentur, et haberentur, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expresso ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur.

§. 2. Cum autem sicut dilecti filii moderni officiales, et confratres ejusdem confraternitatis janadiu e prædicta sancti Juliani ad ecclesiam beatæ Mariæ Angelorum nuncupatæ dictorum oppidi, et diocesis canonice, ut et asseritur, translata Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi ex quo decreti, et apostolicarum literarum prædictarum dispositio observari cœpit, noverint confratrum zelum, defunctorum suffragia, divinum denique cultum apud ipsam confraternitatem valde esse imminuta, ideirco die xii augusti anni mox elapsi MDCLXXVIII. de more congregati, considerantes huic malo in dies ingravescenti melius occurri non posse, nisi ad Nos, et hanc sanctam Sedem pro literarum prædictarum revocatione recurrentes ejusdem confraternitatis restitutionem ad primæva jura impetrarent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: memoratas Benedicti prædecessoris literas cum omnibus et singulis in eis contentis harum serie, apostolica auctoritate, tenore præsentium revocamus, cassamus, annullamus, abroga-

mus, et abolemus, illasque perpetuo revocatas, cassatas, annullatas, abrogatas, et abolitas, viribusque et effectu vacuas fore, et esse decernimus, et declaramus. Confraternitatem vero prædictam, ejusque nunc, et pro tempore existentes confratres ad facultatem nominandi, seu præsentandi ad cappellanas prædictas, ac in integrum, et pristinum, ac eum in quo antequam decretum, et apostolicæ literæ prædictæ emanassent quomodolibet erant statum, restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus.

§. 4. Decernentes easdem præsentatas literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictæque confraternitati, ejusque confratribus in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicut in præmissis omnibus et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardiales, etiam de latere legatos, ejusdemque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta julii anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

Clausula abblata, et derogativa irritans.

Derogatio contrariorum.

Exponitur mala quæ obvenere ab observantia prædicti Brevis.

Tenor revocationis, cum suis declarationibus.

Dat. die  
14. Julii  
1779.  
Anno V.

CCXVI.

Revocatio Brevium Clementis VIII., et  
Pauli V. super admissione quoad  
beneficia, ac dignitates ecclesiasti-  
cas in regnis Portugalliae existentes.

Pius PP. IV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Dominus, ac Redemptor Noster sic omnes in vitae hujus societate instruere voluit, ut nemini dantes ullam offensionem in vinculo charitatis, et in spiritus unitate, tanquam unius corporis membra sese invicem sincera dilectione prosequerentur. Nulla sane apud Deum est personarum acceptio, nec apud eum est gentilis, aut Judaeus, Barbarus, aut Scythia, servus, aut liber, sed quos natalium conditio fecit dissimiles, hos, et charitas constituit aequales: ut ergo Filii Dei nominemur, et simus, et ut Christi discipuli dignoscamur, qui nihil eorum, quae fecit, perhibetis odisse, merito quidquid in nobis est virium, in id conferre debemus, ut sublatis dissidiis, quae personarum distinctio fovet, omnes Christifideles uno atque indissolubili charitatis vinculo jungantur.

Tenor Brevium  
Pauli V. et Cle-  
mentis VIII.

§. 2. Alias siquidem felix rec. Clementis pp. VIII. praedecessor Noster per suas literas in simili forma Brevis die xviii. octobris MDC. expeditas postquam statutum seu literas a fel. rec. Sixto pp. V. praedecessore Nostro expeditas prohibentes fieri collationes, seu provisiones de beneficiis, seu dignitatibus ecclesiasticis in regnis Portugalliae, et Algarbiorum consistentibus, ac apostolicae Sedi reservatis personis ex Hebraeorum genere, seu stirpe descendantibus per ejus obitum expirasse declaraverit, supplicationibus a clara memoria Philippo, dum vixit Algarbiorum, et Portugalliae regi catholico inclinatus, statuit, ac ordinavit, ne canonicatus, et praebendae, ac dignitates in cathedralibus, et dignitates principales in collegiatis ecclesiis, nec non parochiales ecclesiae, et earum perpetuae vicariae, caeteraque curam animarum habentia beneficia ecclesiastica dictorum regnorum etiam Sedi apostolicae quomodocumque reservata in posterum quomolibet vacatura alicui, seu aliquibus personis de genere, seu stirpe Hebraeorum descendantibus ex paterna, et materna linea, vel earum altera usque ad septimum gradum inclu-

sive a tempore conversionis illorum computandum originem habentibus conferri, talesque personas ad illa eligi, praesentari, vel alias assumi, aut in eis insitui nullatenus, et nullo modo possent; ac subinde felix recordationis Paulus pp. v. itidem praedecessor Noster per alias suas literas in simili forma Brevis die xviii. Januarii anni MDCXII. expeditas memorati Philippi precibus annuendo praedictas Clementis literas ad manus vicarii exercentis curam animarum etiam amovibilis extendit, et ampliavit, prout in eisdem tum Clementis, tum Pauli literis uberius continetur.

§. 3. Rursus sane catholici principes, sicut Nobis nuper pro parte charissimae in Christo filiae nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae expositum fuit, in id toti incubuerunt, ut nempe suorum subditorum animi charitatis virtute concordem se invicem non morderent, ne invicem consumarentur, sed populus sederet in pulchritudine pacis sine ulla unitatis scissura, et quia ex personarum acceptio in dignitatibus conferendis, et obtinendis potissimum dissidii rationem didicerunt, sublata penitus veterum, et recentiorum christianorum distinctione, omnibus promiscue honores conferendos esse duxerunt, hoc quippe in Hispania sapientissime cautum est: hoc et in Gallia sancitum; immo hoc idem novit clara mem. Joseph I. dum vixit, Portugalliae, et Algarbiorum rex fidelissimus, quamobrem haud dudum lata lege statuit, ut tum veteres, tum recentiores christiani caeteroqui de republica benemeriti, ad civilia officia, et ad saeculares dignitates, honores et gradus indiscriminatim proveherentur. Cum autem ipsa hanc ipsam diversam personarum discretionem quoad dignitates, ac officia ecclesiastica tum ex praedictis Clementis, et Pauli praedecessorum literis, tum etiam ex synodalibus dioecesanis constitutionibus, ac omnium fere ecclesiasticorum consuetudinibus, et statutis in regnis praedictis inductam tolli summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignamur.

§. 4. Nos igitur qui omnes ad imaginem Dei conditos novimus, omnesque diligimus, memoratae Mariae Franciscae reginae fidelissimae votis, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praevia revocatione, annullatione,

Preces porrectae pro revocatione litterarum hujusmodi.

Tenor revocationis, cum suis declarationibus.

cassatione, abrogatione, et abolitione nedum prædictarum tum Clementis, tum Pauli prædecessorum literarum, sed etiam synodaliū diœcesanarum constitutionum, ac ecclesiasticorum in regnis prædictis existentium consuetudinum, ac statutorum pro ea parte, quæ personarum discretionem inter veteres, et novos christianos respicit, eoque omnia perpetuo revocata, annullata, cassata, abrogata, et abolita, viribusque, et effectū vacua fore, et esse, neminique ullatenus suffragari debere decernimus, et declaramus, hac Nostra perpetuo valitura constitutione, ut de cætero etiam qui a Turcis, Judæis, et gentilibus originem trahunt, quoties de eorum vitæ ratione, morumque honestate dubitari non possit, canonicatum, præbendarum, ac dignitatum tum in cathedralibus, tum in collegiatis ecclesiis etiam principalium, nec non ad parochialium ecclesiarum, et earum parochiarum vicariarum, cæterorum beneficiorum curam animarum habentium, vel etiam simplicium vicariatuum, etiam amovibiliū pariter curam animarum exercentium, ac aliorum omnium ecclesiasticorum beneficiorum, officiorum, graduum, et dignitatum sint habiles, et capaces statuimus, et ordinamus. Quocirca omnibus, et singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, cæterisque omnibus ordinariis, vel quasi ordinariam jurisdictionem exercentibus in regnis prædictis, tum veteres, tum novos christianos absque ulla prorsus differentia ad omnes ecclesiasticas dignitates, præbendas, canonicatus, personatus, officia, gradus, et beneficia quæcumque promovendi, instituendi, conferendi, ac assumendi plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica harum serie concedimus, et indulgemus.

§. 5. Quoniam tamen fieri potest, ut aliqui inter eos a semitis justitiæ declinantes crimine læsæ majestatis, aut divinæ, aut humanæ reos esse deprehendantur, vel etiam ad antiquos perfidos mores redeuntes veluti Judaica labe infecti per judicis sententiam condemnentur, propterea, ut delictorum auctorum suorum memoria a similibus excessibus facilius abstineantur, volumus, ac decernimus hujusmodi eorum filii, ac nepotibus ad ecclesiastica beneficia, ac dignitates quascumque aditum esse præclusum, prout incapaces esse, ac inhabiles facimus, et declaramus.

§. 6. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et effi-

caces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quæcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quòquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac memoratis Clementis, et Pauli prædecessorum Nostrorum, cæterisque etiam apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non a quibusvis diocesum, ac ecclesiarum diœcesanarum regnum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate aliarum auctoritatis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes expressio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta julii anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariarum.

Excipiuntur crimina læsæ majestatis.

Clausula sublatæ, et decretum irritans.

Dat. die  
14 Julii  
1779  
Anno V.

CCXVII.

Revocatio Brevium Pii V Gregorii XIII  
et Pauli V super admissione novorum  
christianorum ad ordines militares.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **R**ationi congruit, ut illos, qui laborum pondus, cum religioso pietatis obsequio in apostolicæ Sedis honorem, Ecclesiæ Catholicæ utilitatem, fideique dilatationem pertulerunt, peculiari beneficentiæ Nostræ affectu prosequamur.

Tenor præ-  
cum porrecta-  
rum a regina  
Portugalliæ.

§. 2. Sane charissima in Christo filia Nostra Maria Francisca Portugalliæ, et Algarbiorum regina fidelissima Nobis nuper exponi fecit, quod in florentissimis regniis prædictis plures extant militares ordines a suis majoribus ad catholicam fidem tuendam, propagandamque jamdiu erecti, quorum milites strenue decertantes honoribus, quam plurimis officiis, præceptoriiis, seu commedis, ac beneficiis donantur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat alias sanctæ mem. Pius pp. V. Gregorius pp. XIII, et Paulus pp. V prædecessores Nostri justis ac rationabilibus de causis tunc temporis vigentibus per suas constitutiones ordinaverint, immo distincte prohibuerint, ne inter ordines militares prædictos personæ a Judæis, Mauris, aliisque paganis, aut etiam hæreticis, quomodocumque descendentes, ac ii omnes, quos christianos novos appellant in posterum adscriberentur, nec etiam ad illorum officia, gradus, præceptorias, seu commendas, ac beneficia quomodolibet proveherentur, nunc vero, quemadmodum, quoad sæcularia officia, dignitates, ac gradus a claræ memoriæ Josepho primo, dum vixit, Portugalliæ, et Algarbiorum rege fidelissimo dudum sancitum fuit, sic etiam militati reipublicæ, ac bono suorum subditorum congruat, quoad ordines militares prædictos disponere, ut si apud Deum qui sine ulla personarum acceptione judicat secundum uniuscujusque opus, apud nos quoque, qui in uno spiritu omnes in unum corpus baptizati sumus, nulla sit novorum, aut veterum christianorum distinctio: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut

in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui neminem dilectionis Nostræ patimur expertem, quia nullius creaturæ obliviscimur dum nemo nobiscum imaginem non exhibeat Creatoris, ac memoratæ Mariæ. Francisæ reginæ fidelissimæ votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati memoratas Pii, Gregorii, et Pauli prædecessorum prædictorum constitutiones præsentibus pro plene, ac sufficienter expressas, de verbo ad verbum insertas habentes præviæ illarum revocatione, annullatione, cassatione, abrogatione et abolitione, quas omnes perpetuo revocatas, annullatas, cassatas, abrogatas, et abolitas, viribusque, et effectu vacuas fore, et esse, neminique ullatenus suffragari debere decernimus, et declaramus, hac nostra perpetuo valitura constitutione, ut de cætero omnes indiscriminatim, et absque ulla prorsus Nostrorum, aut veterum christianorum discretionem licet a Judæis, Mauris, aliisque paganis, et hæreticis descendant inter ordines militares prædictos, dummodo cæteroquin digni reputentur nomen dare possint, ac adscripti honores, officia, præceptorias, seu commendas, ac beneficia consequi, ac obtinere libere, ac licite possint, ac valeant, statuimus, et ordinamus Verum quia illorum filii, vel nepotes, quorum patres, aut avi in detestabili læsæ majestatis, divinæ, vel humanæ criminæ, aut in erroribus in Christianam fidem, ac catholicam religionem fuerunt legitime convicti, licet in gratiam Ecclesiæ, ac principis restituti non adeo firmi, ac constantes sunt reputandi, ut illis militaribus ordinibus, qui ad tuendam, propagandamque christianam fidem, debitamque procurandam principi subjectionem fuerunt erecti, adscribi debeant, hinc ut hujusmodi personæ ab omnibus prædictis ordinibus perpetuo exclusæ censeantur, harum serie volumus, ac declaramus.

§. 4. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios,

Clausula sub-  
blata, et doctri-  
nam irritans.

et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios iudicari, et diffiniri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac memoratis Pii, Gregorii, et Pauli prædecessorum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non prædictorum ordinum etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam illorum tenores presentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes illis aliis in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, scaeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta julii anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.



CCXVIII.

Dat. die  
20 julii  
1779  
Anno V.

Indultum quoad suffragantes in capitulis generalibus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**ostulat Ecclesiæ catholicæ decus, ut qui a sæculo procul in religionis solitudine nuncupaverint Domino vota sua, justitia, sanctitate, et charitate reddant Altissimo, quæ voverunt. Cum autem nihil humilitate aptius, nihil inveniatur utilius, ad spiritualem religiosorum profectum maxime convenit, ut ipsi humilitati studentes superba non sapiant, et charitatem corde puro, et sincero æmulantes experiantur bonum, et jucundum habitare fratres in unum. Inane hominum fastum degentis inter mortales Dei humilitate depressum religiosi viri in se ipsis sentire non debent, cogitando quæ magister Christus exemplo docuit, cujus humilitas si nulli est aspernenda nobilium, multo magis nulli est erubescenda religiosorum: meminerint ipsi nullam inter se esse debere contentionem, quis eorum sit major; meminerint neminem coronatum in cœlis, qui Christum in terris humilem imitari non studuerit.

Ratio concessio  
dis.

§. 2. Cum autem, sicut nuper non sine animi Nostri dolore accepimus nonnulli alumni ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum apostolicis indultis, ac privilegiis decorati, ac mero ex-provincia- lium, aliove, vel simili titulo fruente- ad- versus intemeratas ordinis prædicti constitutiones apostolica auctoritate confirmatas in generalibus capitulis activam, et passivam vocem habere præsumant, ideoque dissidia, ac perturbationes in eis exoriantur. Transalpinae quoque provinciæ ægre ferentes suffragia Italorum augeri cum debita, ac rationabilis æqualitatis dispendio reclamare non desistant, hinc Nos ut hisce incommodis quantum in Domino possumus occurramus, et ne in posterum eadem animorum studia rursus excitentur debita providentia consulamus motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine harum tenore statuimus, ac decernimus, ut in futuris temporibus in capitulis generalibus ordinis prædicti ii dumtaxat activam, ac

Præferitur numerus eorum, qui admittantur ad suffragium iterandum.

passivam vocem habeant, qui actu sunt provinciales duos generales custodes juxta constitutiones ordinis præfati electi, et sex actuales definitores generales, quibus a felicis recordationis Clemente pp. IX. prædecessore Nostro id fuit specialiter indultum. Quocirca caeteros omnes quocumque indulto, gratia, privilegio, sive ex-provincialis, sive ex-definitoris generalis etiam apostolica concessione fruente, voce activa, ac passiva in capitulis generalibus ordinis præfati carere eorundem tenore præcipimus, ac mandamus.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 3. Decernentes has præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque, efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo nono pontificatus Nostri anno quinto.

CCXIX.

Dat. die  
27 junii  
1779  
Anno V.

Revocatio unionis decretæ ab Alexandro VI. ecclesiæ Calaritanæ, et Galtelinensis, cum declaratione, et ampliatione diocesum.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**am inter caeteras sibi incumbentes curas, summus Romanus pontifex agnovit, ut ecclesiarum præsulibus per orbem constitutis, illud quidem tributum sit territorium, quod ipsi ad sacrorum canonum præscriptam perlustrare, et Christifidelium illis commissorum spirituali regimini consulere queant. Id in constitutione episcopali sedium intellexit Romana Ecclesia, sed ob humanarum rerum eventum, quandoque episcopales ecclesiæ apostolica auctoritate, merito simul injunctæ fuerunt, quas subinde, ut populorum indigentis occurratur pristino statui restituere oportuit. Quare Nos prædecessorum Nostrorum exemplo edocti, quum graves, et urgentes Nobis exhibeantur causæ, atque id ipsum christianorum principum vota requirant, aliquam ex sedibus ipsis denuo sejungere, et in ampliorem statum illius jurisdictionem constituendum ducimus.

Proemium

§. 2. Nuper quidem Nobis, nomine charissimi in Christo filii Nostri Victorii Amadei Sardinæ regis illustris, dilectus filius nobilis vir Petrus Joseph Graneri eques commendatarius inclyti ordinis sancti Mauritii, et Lazari, et apud Nos ejusdem Victorii Amadei regis minister plenipotentarius, retulit, alias anno scilicet Domini MCDXCVI. felicis rec. Alexandrum pp. VI. prædecessorem Nostrum ob varias tunc vigentes causas, archiepiscopali sedi Calaritanæ ecclesiam episcopalem Galtelinensem subjective inivisse, atque ab inde citra Calaritanum archiepiscopum utrique præfuisse ecclesiæ. Verum cum causæ unionis eo tempore vigentes penitus desierint, atque ea regia Galtelinensis episcopatus ditioni, olim supposita, populo modo sit referta, ideo ipsius Victorii Amadei regis nomine Nobis supplicatum fuit, ut nedum ad primæva jura Galtelinensem restitueremus ecclesiam, sed etiam, prout infra, episco-

Memoratur  
unio decreta  
ab Alexan-  
dro VI.



pali Sede decentius constituta, diœcesim ampliori donaremus ambitu.

Peculiares providentiæ captæ tempora vacationis ecclesiæ unitarum.

§. 3. Nos autem posteaquam ad relationem dilecti etiam filii magistri Petri Mariæ Negroni congregationis consistorialibus negotiis præpositæ a secretis plane intelleximus, desiisse penitus causas, ob quas olim annexæ fuerant illæ episcopales Sedes, quin imo ad divini cultus augmentum, et animarum salutem proficuum, et opportunum fore; cum Calaritana, et Arborensis archiepiscopales ecclesiæ tunc essent viduatae pastore, kalendis junii anni proxime præteriti in actu promotionis utriusque personæ electæ ad unam, et alteram archiepiscopales ecclesias animi Nostri sensus pandentes, quoad Calaritanam ecclesiam expresse declaravimus, nullam ordinariam jurisdictionem a venerabili fratre Nostro Victore Melani de Portola tunc futuro archiepiscopo acquiri posse in ea diœcesis parte, quæ Galtelinensi episcopo ante enunciatam unionem erat tributa, ac etiam loco de Orgosola Suellensis diœcesis Calaritanæ ecclesiæ itidem unitæ, cum facultate tamen eidem archiepiscopo ad Nostrum, et apostolicæ Sedis beneplacitum exercendi omnimodam spiritualem jurisdictionem in eadem Galtelinensi diœcesi, et enunciato loco. Ac insuper volumus, quod omnes et singuli fructus ex Galtelinensi ecclesia, et diœcesi provenientes, et ad illam juxta apostolicas constitutiones spectantes ratione spoli, omniumque reddituum, tum durante ecclesiæ Calaritanæ vacatione, tum donec novus episcopus designaretur per eundem archiepiscopum separarentur, ab eadem metropolitana, aliisque episcopatibus illi adhuc unitis, et per ecclesiasticam personam ab eodem archiepiscopo in œconomum deputandam exigerentur, atque deponerentur, omnibusque supportatis oneribus, et expensis necessariis peractis deponerentur, ad effectum in Galtelinensis ecclesiæ separatione, et erectione illos erogandi; ita tamen ut ex proventibus ratione spoli, et vacantium durante ecclesiæ Calaritanæ vacatione, duæ eorum partes prædicto œconomio concessa illos deponendi tradantur, tertia vero pars cedat in commodum seminarii archiepiscopalis Calaritani, juxta formam literarum apostolicarum fel. rec. Clementis pp. XIII. prædecessoris Nostri, pro alendis nonnullis diœcesis Galtelinensis alumnis. Quo vero ad Arborensem ecclesiam, et illius diœcesis loca Fanni, et Mammoidi

nuncupata diœcesi Galtelinensi finitima, dismembrare intendentes, venerabili etiam fratri Nostro Jacobo Francisco Ostesano, tunc futuro archiepiscopo præcipimus, ut ipse ad Nostrum itidem, et apostolicæ Sedis beneplacitum tantum spiritualem, et temporalem jurisdictionem in eisdem locis exercere valeret.

§. 4. Jam vero, ut subinde accepimus cum causæ Galtelinensis ecclesiæ separationem sperantes, majoris in dies habeantur momenti; nimisque congruum videatur ampliori, quam alias diœcesis illius futuro episcopo attributa episcopalem Sedem ad oppidum cælo salubrius, situque magis facile fore transferendam, ideo absque alia cunctatione res perficienda videtur.

§. 5. Itaque Nos ipsius Victorii Amadei regis in primis religionem, et zelum eximius prosequentes laudibus, quippe qui avita dominia summa prudentia, et quam feliciter moderans Nos excitavit, ut ad consulendum illius regionis populorum spirituali regimini animum Nostrum adjiceremus; ex certa scientia, et apostolicæ potestatis plenitudine, ac apostolicas literas ipsius Alexandri prædecessoris, unionem Galtelinensis ecclesiæ præferentes, illarumque tenorem pro expresso habentes, illas quo penitus, et omnino revocantes, ac de medio, ut dici solet, tollentes unionem ipsam ac annexionem, et incorporationem alias peractam ipsarum tenore præsentium dissolvimus, et abolemus; ecclesiamque Galtelinensem cum omnibus, et singulis ejus locis, territoriis, ac totius diœcesis ambitu, nec non juribus, jurisdictionibus, bonis, membris, et pertinentiis quibuscumque, in pristinum, ac illam, in quo ante unionem et annexionem hujusmodi erat statuta, modo tamen infrascripto constituendam restituimus, et plenarie reintegramus.

§. 6. Ut autem amplior sit diœcesis Galtelinensis ambitus præter quindecim loca illam antea constituentia nimirum = *Olienum* = *Galtelum* = *Dorgalum* = *Irgalum* = *Loculum* = *Lulla* = *Onisfaum* = *Proseum* = *Bittum* = *Gorofaum* = *Onanum* = *Posada* = *Lodum* = *Siniscola* = et *Torpe* = alia sex addere intendentes ab Algarensi diœcesi, venerabilis quoque fratris Nostri Algarensis episcopi accedente consensu oppidum *Nora*, et loca *Loloi*, et *Oruni*, et ab Arborensi diœcesi loca *Tanni*, et *Mammoidi*, ac demum ab Suellensi diœcesi ipsi Calaritanæ ecclesiæ jam-

Galtelinensis ecclesia separatio.

Laudes regis Sardinie, et tenor decreti separationis.

Constitutio novæ diœcesis.

dudum unitæ locum de *Orgosola*, prout Nobis præservavimus, cum eorum confinibus in executione præsentium litterarum Nostrarum præscribendis, nec non jurisdictionibus, aliisque juribus usque modo ad Arborensem, et Algaensem, ac Suellensem ecclesiam, illarumque mensas hactenus eam petentibus, qualiacumque, et cujuscumque generis sint, præsentium pariter vi apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus dismembramus, segregamus, et dividimus, ac dilectorum filiorum capitulorum, et canonicorum earumdem ecclesiarum consensum auctoritate Nostra supplemus: eademque sex loca Galtelinensi diœcesi ad eam amplio-rem constituendam adjungimus, aggregamus, et unimus,

Destitutio novæ ecclesie cathedralis in oppido Noræ

§. 7. Porro, cum pariter accepimus, in Galtelii oppido olim episcopali sede ob aeris intemperiem raros modo esse habitatores, itaut nec commode, nec sine vitæ discrimine futurus episcopus inibi degero queat; e converso vero Noræ oppidum cælo salubrius, populoque refertum intelleximus, ac in eo sit parochialis ecclesia, Plebania nuncupata sanctæ Mariæ Majoris etiam nuncupatæ, cujus ædificium ad pontificalia exercenda, domus vero illius rectoris ad episcopi habitationem fere sufficiens noscatur, episcopalem ad illud sedem transferendam censemus.

Noræ oppidum in civitatem erigitur collatis privilegiis.

§. 8. Propterea idem Noræ oppidum in civitatem episcopalem cum omnibus juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ, earumque cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum. Eandem vero parochialem ecclesiam sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ, prævia illius tituli collativi, non autem parochialitatis suppressione, et extinctione in cathedralem sub eadem invocatione, et in ea sedem episcopalem pro uno futuro episcopo, qui minime dimissa primæva denominatione Galtelinensis-Norensis nuncupetur, ipsique ecclesie, atque illi civitati, ac diœcesi Galtelinensis-Norensis præsit, nec non cum juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præminentis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, et personalibus, ac mixtis, quibus aliæ cathedrales ecclesie præsertim insulæ Sardinie, earumque præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, vel ex indulto, aut privile-

gio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum.

§. 9. In ipsa autem ecclesia Galtelinensi-Norensi mox erecta novum archipresbyteratum, qui post pontificalem dignitas major existat pro uno archipresbytero, et sex canonicatus, totidemque præbendas quarum altera theologalis, pœnitentiaria altera existat, pro sex canonicis: qui quidem archipresbyter, et canonici capitulum ecclesie Galtelinensis-Norensis constituant, et apud eam chori servitium, divina officia, sacrasque functiones persolvere teneantur, nec non cum infrascriptis etiam qualitatibus, obligationibus, et oneribus: ac demum duos beneficiatus, et unum sacristæ officium pro tribus presbyteris ad nutum tamen pro tempore existentis Galtelinensis-Norensis episcopi amovibilibus ad omnipotentis Dei gloriam et laudem perpetuis futuris temporibus apostolica auctoritate harum quoque serie erigimus, ac institui-

Consultur capitulo cathedralis.

§. 10. Inter cætera vero archipresbyteri onera illud præcipuum erit animarum curæ parochianorum ejusdem civitatis: ipse enim statim ac percussum, vel decessum hactenus existentis rectoris Plebani nuncupati illius ecclesie in cathedralem erectæ eadem cura destituta erit, curam eandem assumere debeat, et penes ipsum illa sit, et esse debeat. Verum adjunctrices præbere manus erunt obstricti canonici omnes modo et forma a futuro episcopo Galtelinensi-Norensi præscribenda, ad quem effectum iidem canonicatus, et præbendæ erunt actu presbyterales, eorumque collatio prævio concursu explebitur, cum facultate ipsi episcopo, suisque successoribus eligendi semper, et quodcumque sacristam; nec non cum obligatione canonicis theologali, et pœnitentiario, qui instituendi erunt ad tramites litterarum apostolicarum in forma Brevis fel. rec. Clementis pp. XIV. incipien- = Nuper = Primo nempe exponendi lectiones scholastico-dogmaticas; alteri vero theologiam moralem.

Item providetur curæ animarum.

§. 11. Et quoniam necesse est, ut in erectione hujusmodi cathedralis ecclesie ii sacerdotes seligantur in canonicos, qui verbo, et exemplo alios instruant, eo magis, quod ipsis insimul animarum cura incumbere debet; Nos precibus quoque ejusdem Victorii Amadei regis annuentes, eosdem archipre-

De modo eligendi canonicos.

sbyteratum, et canonicatus clementer relinquimus dispositioni futuri episcopi Galtelinensis-Norensis, qui concursum coram se ad hunc effectum, servatis servandis, convocare debeat cum auctoritate deputandi examinatores loco synodali, derogando pro hac prima collatione canonicorum penitentiarii, ac theologiae literis apostolicis sel. rec. Clementis pp. XIV, in forma Brevis expeditarum, quæ incipiunt = Nuper = Nec non aliis constitutionibus apostolicis in iisdem literis enunciatis; in ea tamen solummodo parte, qua præscriptum fuit, quod huiusmodi concursus coram capitulo habendus, nec non ejus suffragium consultivum audiendum esset, eximendo insuper in perpetuum eosdem canonicatus, et archipresbyteratum a quocumque pensionis onere, cui ob redditum tenuitatem, ac præcipue ob animarum curam ab ipsis exercendam subiacere nequirent.

§. 12. Præterea episcopo Galtelinensi-Norensi, ejusque successoribus civitatem ipsam modo erectam, in qua residere, et domum ejusdem ecclesie rectoris, quam pro sui habitatione incolere debeat episcopus, et omne territorium, et loca, tam de primæva Galtelinensi-diocesi, quam alia, ut præfertur, addita, et supra recensita cum omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis, paræciis, beneficiis, monasteriis, conventibus in diocesim, in quibus quidem civitate, et diocesi novus, et pro tempore existens Galtelinensis-Norensis episcopus omnem ordinariam episcopalem jurisdictionem, atque illam ordinis, ut vocant, in personas tam ecclesiasticas, quam sæculares, et ad formam decretorum concilii Tridentini, apostolicarumque constitutionum etiam regulares, prout aliis episcopis competit, libere et absolute exercere valeat, pari auctoritate concedimus, attribuimus, et assignamus, ac respective supponimus, atque subicimus. Ipsam vero Galtelinensem-Norensis ecclesiam suffraganeam pro tempore existentis archiepiscopi Calaritani, illiusque metropolitico juri subjectam fore et esse decernimus.

§. 13. Quo vero ad mensæ Galtelinensis-Norensis dotem, illa variis ex partibus desumenda erit, ut congruæ, et decenti futuri episcopi sustentationi consulatur. In primis itaque eidem mensæ omnia, et singula bona, jura, et actiones, ac fructus, redditus, et proventus; nec non decimas, et ob-

ventiones olim antiquam episcopalem Galtelinensem-Norensis mensam constituentia, quæ, ut accepimus, ad annuam summam librarum septem millium quingentarum tresdecim, et solidorum duodecim monetæ Pedemontanæ ex nunc, ac ex nunc, prout ex tunc, et e contra, ac cum primum de Dorgalli, Bitti, Siniscollæ, et Prosei locorum ejusdem Galtelinensis-Norensis diocesis parochiales ecclesie quovis modo, etiam in mensibus apostolicæ Sedi reservatis, vacaverint, aut quoties illas obtinentes suum præstiterint consensum, octavam partem reddituum parochialium, quæ quidem, ut pariter accepimus, ad annuam summam mille quingentarum, et quinquaginta novem librarum similium circiter ascendit eidem futuro, et pro tempore existenti Galtelinensi-Norensi episcopo annis singulis integre perpetuis futuris temporibus persolvendam, perpetuo pariter reservamus, constituimus, et assignamus, et respective eidem episcopali mensæ applicamus, et appropriamus. Interim vero, et quousque præstationes huiusmodi suum integre minime sortitæ fuerint effectum, titulo dotis temporaneæ, ac interim summam annuam librarum mille, et triginta novem ejusdem monetæ ex pensione novem millium librarum similium super mensæ archiepiscopalis Calaritanæ, et aliam summam quingentarum et viginti librarum monetæ Pedemontanæ ex alia pensione quatuor millium noncentarum librarum super mensæ episcopalis Ampuriensis respective fructibus de consensu dicti Victorii Amadei regis, apostolica auctoritate reservatis, ipsi futuro episcopo, ea tamen lege, ut statim ac per vacationem alicujus ex præfatis parochialibus ecclesiis octava illius reddituum pars in favorem ejusdem mensæ episcopalis cesserit, tunc mensa Calaritana, et Ampuriensis ab æquali onere, proportione habita, eximantur, et liberentur.

§. 14. Ad mensæ porro capitularis dotem præfigendam animum nostrum convertentes, illi redditus, ac proventus omnes ejusdem parochialis ecclesie, quam prævia tituli collativi suppressione, in cathedralem ereximus, tam certos, quam incertos ad annuam summam sex millium septingentarum sexaginta quatuor librarum ejusdem monetæ Pedemontanæ, ut accepimus, ascenduntium, super quibus annua perpetua pensio octodecim scutorum monetæ Sardinie mensæ episcopali Alga-

De episcopi jurisdictione

De dote mensæ episcopalis.

De mensæ capitularis dote.

rensi noscitur reservata; nec non perpetuum, simplex et personalem residentiam non requirens beneficium ecclesiasticum de Dullusorre, et Gullineri nuncupatum ejusdem Galtelinensis-Norensis diocesis modo vacans, illiusque titulum pariter collativum auctoritate Nostra perpetuo supprimentes, et extinguentes, ejus fructus, redditus, et proventus valoris circiter quingentarum librarum ejusdem monetæ, ut respective quoque accepimus; eidem mensæ capitulari annectimus, et incorporamus, atque pro illius dote constitutimus; ita tamen, ut futuri capitulum, et canonici onera, tam parochiali ecclesiæ, quam beneficio hujusmodi alias inhærentia, et annexa perferre, et adimplere debeant, ac enunciata pensionem persolvant. Propterea liceat futuris capitulo et canonicis eorumdem reddituum non modo, sed honorum quoque, e quibus illi obveniant, veram, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios, ejusdem tamen mensæ capitularis nomine libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere. Quoniam vero redditus eidem mensæ capitulari pro archipresbytero, canonicis, ambobus beneficiatis, sacrista, et mantentione cathedralis ecclesiæ, reliqua pars in quotidianis distributiones sit convertenda, ideo Nos, ne aliqua in partitione hujusmodi oriatur dubitatio, eidem magistro Petro Mariæ jussimus, ut a se subscriptam ederet tabellam, in qua reddituum pars pro præbendis, et respective pro distributionibus quotidianis assignata conspiceretur, ad hoc, ut illa infrascripto præsentium executori exhibita, inter acta executionis referatur, et integre adimpleatur. Præcipimus etiam, ut missarum celebratio, et applicatio æqualiter unicuique incumbat, nempe archipresbytero, et canonicis, ac beneficiatis: ab hoc tamen onere exemptæ eruat portiones sacristæ, et pro mantentione ecclesiæ addictæ. Hinc cum ex legatis perpetuis alias illi ecclesiæ relictis, missarum numerus inibi celebrandarum ad mille septingentas triginta duas asseratur ascendere; singuli propterea ex archipresbytero, canonicis, beneficiatis, missas centum nonaginta duas applicare tenebuntur, quarum elemosyna juxta regionis morem, summam librarum septuaginta sex, et solidorum sexdecim monetæ Pedemontis constituat. Quatuor tamen, quæ ut compleatur numerus, supersunt missæ, sumptibus mensæ capitularis adimpleri debeant.

§. 15. Cumque in ea diocesi modo constituta quedam extent bona, quæ alias ad extinctam Jesu societatem spectabant, e quorum fructibus superstites adhuc illius societatis alumni ad sæcularem statum translati aluntur, idemque Victorius Amadeus rex sanæ beneficium ostenderit animum, postquam præsens eorumdem honorum usus cessaverit, bona ipsa mensæ capitulari applicandi, ut nova fructuum accessione pinguior reddatur; interim vero ad suppleendum quemcumque defectum, tantum archipresbytero, quam canonicis, et præbendis theologali, et penitentiariæ novæ cathedralis ecclesiæ, præstationem quoque annuatim librarum quatuorcentum monetæ Pedemontanæ pro quolibet detrahendam; pro duabus tertiis partibus ex pensione super mensæ Calaritanæ, et pro reliqua tertia parte, ex alia pensione super mensæ episcopalis Ampuriensis fructibus; pariter ut supra reservatis, applicamus. Ita tamen quod sequuta eorumdem honorum applicatione præstatio hujusmodi debeat cessare.

§. 16. Insuper futuris archipresbytero, et canonicis ipsius ecclesiæ capitulum constituentibus, ut ipsi capitulariter congregati pro ejusdem ecclesiæ Galtelinensis-Norensis, illiusque mensæ capitularis, sacristiæ, et fabricæ, eorumque rerum et honorum, tam spiritualium, quam corporalium prospero felicique statu, gubernio, regimine, et directione, ac onerum eis incumbentium adimplemento missarum, horarum canonicarum diurnarum, et nocturnarum, aliorumque divinarum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione penarum per absentes, ac divinis officiis, et functionibus non interessentes incurandarum impositione, caeremoniis, et functionibus in nova cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus servandis, ministris deputandis, et amovendis, salariis, et stipendiis assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, nova statuta, ordinationes, capitula, et decreta sacris canonibus, ac constitutionibus apostolicis, conciliique Tridentini decretis minime contraria, quæ immo illis conformia, cum approbatione tamen futuri episcopi Galtelinensis-Norensis condendi, edendi, conditaque, et edita pro temporum, et rerum variatione mutandi, declarandi, ac in meliorem formam redi-

Applicatio honorum olim spectantium suppressæ congregationi Jesu.

Episcopo, et canonicis jus conceditur discernendi quidquid conferre poterit ad bonam regimen capituli.

gendi, seu alia ex integro modo præmissa condendi, et per eos, ad quos pro tempore spectabit, sub pœnis in contrafacientes statuente observari faciendi plenam, et omnimodam facultatem, et potestatem eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impertimur.

De seminario, et alumnis in eo recipiendis:

§. 17. Ne vero ad institutionem adolescentum, qui in sortem Domini vocati ecclesiastico statui sese addicere cupiunt, seminarium desit, in quod recipiantur, illud in ædibus, in quibus exercitia spiritualia peragebantur, ad formam decretorum concilii Tridentini erigi præcipimus, pro cuius dote, præter taxam ab eodem concilio præscriptam, tertiam quoque spoliolum, et vacantium partem ad formam literarum apostolicarum ejusdem felicitis recordationis Clementis pp. XIII. sub datum octavo idus augusti anni MDCCLXVI. tenore præsentium attribuimus, et assignamus: sique forte redditus ad seminarii erectionem impares essent, tunc Galtelinenses-Norenses adolescentes, qui in seminarium recipiendi forent, in seminario alantur Calaritano solutis alimentis iuxta taxam, circa quam uterque archiepiscopus, et episcopus opportunas conventiones inibunt.

Jus præsentandi episcopum regibus Sardinie conceditur

§. 18. Uti vero ecclesia Calaritana, a qua episcopatus Galtelinensis-Norensis separatur, et dividitur ad præsentationem pro tempore existentis regis Sardinie provideri consuevit, ita quoque eidem Victorio Amadeo regi pro eo studio, et sollicitudine, qua in christianam rempublicam, et in subditorum suorum spirituale commodum, et utilitatem semper præsetulit, ejusque successoribus pro tempore existentibus jus nominandi, seu præsentandi ad ecclesiam Galtelinensem-Norensem hujusmodi tam hac prima vice a primæva illius erectione, et institutione a Nobis factis, ac deinceps, quoties eam pro tempore pastoris solatio quomodolibet desitui contigerit, personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem ad nominationem, seu præsentationem hujusmodi eidem ecclesie Galtelinensi-Norensi in episcopum præficiendam, apostolica similiter auctoritate perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus, ac jus nominandi, seu præsentandi hujusmodi eidem Victorio Amadeo regi, ac pro tempore existenti Sardinie regi ex causa præmissa, nimirum præsentandi jure, quod ei ad ecclesiam Calaritanam ex simili apostolica concessione com-

petit pariter competere, et vere regium esse, ac uti tale, sub quacumque derogatione nullatenus comprehendit, neque illi derogari posse constituimus, atque decernimus.

§. 19. Postremo statuimus, et jubemus, quod taxa novæ cathedralis ecclesie Galtelinensis-Norensis ad floranos octoginta auri in libris camerae apostolicæ describatur: illi vero a taxa Calaritanæ ecclesie subducantur.

Descriptio taxæ cathedralis ecclesie faciendi in libris camerae.

§. 20. Præsertim quoque literas nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitiis, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, si quæ a Nobis fierent, comprehendit, sed tamquam ad divini cultus incrementum, et populi spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

Omne juris remedium tollitur adversus literas motu proprio signatas.

§. 21. Sicque ab omnibus censeri, ita quoque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores ac Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, ac interpretandi facultate, et auctoritate judicari, ac definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane similiter decernimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 22. Quocirca venerabili quoque fratri Nostro Josepho Mariæ Incisa Baccaria archiepiscopo Tunitano per præsentem committimus, et facultatem tribuimus, ut ipse per se, vel alium, vel alios, ut ipse præsentem Nostras literas solemniter publicans faciat auctoritate Nostra illas integre ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari, ac futurum episcopum Galtelinensem-Norensem, ac capitulum novæ cathedralis ecclesie illis pacifice frui, et gaudere; non permittens ipsos, vel eorum quempiam per quoscumque quavis auctoritate fungentes indebite molestari: contradictores quoslibet per sententias, ac etiam censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Deputatio executoris literarum.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 23. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii pp. VIII, prædecessoris Nostri, qua cavetur, ne quis extra civitatem, et diocesim, nisi in certis inibi expressis, et exceptis casibus, et in illis non ultra unam dietam a fine suæ diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a Sede prædicta deputati extra civitatem vel diocesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere possint, et in concilio generali edita de duabus dietis, ac quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Nostri, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, ac de dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, nec non Lateranensis concilii ultimo loco celebrati dismembrationes, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quatenus opus sit Calaritanæ, et Arborensis, ac Algarensis ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respective statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu, scientia, potestatis plenitudine, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam pluries, et iteratis vicibus a prædecessoribus Nostri Romanis pontificibus concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, nec non quatenus opus sit, quibuscumque piorum testatorum voluntatibus, et dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum omnium,

et singulorum validitatis effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, ac latissime, et plenissime scientia, et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

§. 24. Volumus autem, quod omnes, et singuli fructus ex parochiali ecclesia in cathedrali erecta de tempore illius vacationis provenientes, usque dum novus episcopus Galtelinensis-Norensis designetur, in illius ecclesiæ erectione erogentur, eidem ad hunc effectum applicando totum id etiam, quod ratione spoliî archiepiscopi Calaritani defuncti pro septima circiter parte ad ipsam Galtelinensem ecclesiam pertinet. Insuperque redditus pro duabus ex tribus partibus perceptos, et percipiendos ex spiritualibus, et temporalibus proventibus ad eandem Galtelinensem ecclesiam spectantibus.

Erogatio fructuum ecclesiæ parochialis.

§. 25. Volumus etiam, quod eorundem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo dicti Josephi Mariæ Incisa Beccaria archiepiscopi Tunitanensis munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ; vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 26. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum restitutionis, reintegrationis, adjunctionis, aggregationis, unionis, erectionis, institutionis, exemptionis, concessionis, attributionis, assignationis, subjectionis, applicationis, constitutionis, decreti, subductionis, commissionis, injunctionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo nono, duodecimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

Sanctio poenalis.

CCXX.

Dat die  
28. Julii  
1779  
Anno V.

**Dato** ecclesie de Barcos, et constitu-  
tio nonnullarum pensionum pro per-  
ficienda erectione monasterii Ulyssippo-  
ne nuncupato pro monialibus ordinis  
beatæ Mariæ de Monte Carmelo refor-  
matis.

Venerabili fratri Bernardino archiepisco-  
po Petrensi Nostro, et Sedis apostolice  
apud charissimam in Christo fili-  
am Nostram Mariam Franciscam Por-  
tugallie, et Algarbiorum reginam fi-  
delissimam nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**x debito pastoralis Nostri  
ministerii officio ad ea operationis Nostræ  
studia diligenter convertimus, per quæ  
Christifidelium vota, salutem præsertim  
aniantarum concernentia optatum conse-  
quantur effectum, ac ea, quæ per fideles  
ipsum pie facta, ac ordinata esse digno-  
scuntur, ut firma, ac illibata perpetuo  
persistant, cum a Nobis petitur, liben-  
ter apostolicæ Nostræ auctoritatis mun-  
imine roboramus, ac alia etiam conce-  
dimus, prout in Domino salubriter expe-  
dire conspiciamus.

§. 2. Sane nobis nuper pro parte cha-  
rissimæ in Christo filie nostræ Mariæ  
Franciscæ Portugallie, et Algarbiorum  
reginæ fidelissimæ expositam fuit, quod  
ipsa pro singulari suæ pietatis affectu  
ad divinum cultum magis magisque in  
regnis suis promovendum novum am-  
plissimum monasterium Ulyssippone pro  
monialibus ordinis beatæ Mariæ Virgi-  
nis de Monte Carmelo reformatis nun-  
cupatis magno quidem sumptu ædifi-  
care suscepit. Verum cum sicut eadem  
expositio subjungebat, tum ut prædicti  
monasterii constructio commodius per-  
ficiatur, tum, ut earundem monialium  
necessitatibus, ac indigentis in poste-  
rum etiam consulatur, ecclesiam de Bar-  
cos eidem monasterio uniri, ac non-  
nullas pensiones super aliquarum eccle-  
siarum de jure patronatu regio, ut as-  
seritur, redditibus, ac proventibus fa-  
vore monasterii prædicti reservari ipsa  
summo opere desideret. Nobis propterea  
humiliter supplicari fecit, ut in præ-  
missis opportune providere, et ut infra  
indulgere de benignitate apostolica di-  
garemur.

Bull. Rom. Tom. VI

§. 3. Nos igitur religiosis Mariæ <sup>Tenor concess-</sup>  
Franciscæ reginæ votis quantum cum <sup>sionis.</sup>  
Domino posuimus annuere volentes sup-  
plicationibus, super his Nobis humiliter  
perrectis inclinatis, fraternitati tuæ per  
presentes mandamus, ut in diocesi La-  
macensi consistentem ecclesiam de Bar-  
cos una cum suis bonis, redditibus, ac  
proventibus, missarum, aliorumque oner-  
ibus memorato monasterio perpetuo au-  
toritate Nostra apostolica unias, et ad-  
nectas, et ad illam transferas, applices,  
appropries, ac percipias, et mandes ut  
missarum, aliorumque onera quibus præ-  
dicta ecclesia de Barcos gravata reperit-  
tur, moniales dicti monasterii pro tem-  
pore existentes adimpleri curent, Nos-  
que harum serie unimus, adnectimus,  
et incorporamus, et respective præcipi-  
mus, et mandamus, tibi que insuper ea-  
rumdem tenere committimus, ut su-  
per fructibus, redditibus, et proventi-  
bus, tum ecclesie de Miranda de  
Corvo diocesis Colimbricensis annuam  
perpetuam pensionem ducatorum se-  
ptingentorum sexaginta octo auri de  
camera, hoc est, un conio, e du-  
cento mila reis monete Portugallens-  
tum ecclesie de Sinela ejusdem dioc-  
sis sub titulo sancti Michaelis aliam per-  
petuam pensionem ducatorum ducento-  
rum quinquaginta sex auri de camera,  
nempe, quattroceto mila reis dictæ mo-  
netæ, nec non super fructibus pariter,  
et redditibus ecclesie sub titulo sancti  
Petri annuam itidem pensionem ducato-  
rum tercentorum octuaginta auri de ca-  
mera, scilicet, seicento mila reis mo-  
netæ prædictæ, et ecclesie sanctissimo  
Salvatori dicatæ aliam pariter similem  
pensionem ducatorum centum viginti  
octo auri de camera, nempe, ducento  
mila reis dictæ monete, et ecclesie  
sub invocatione sancti Jacobi annuam  
ibidem perpetuam pensionem ducato-  
rum centum nonaginta duo auri de ca-  
mera, hoc est, trecento mila reis, ac de-  
num ecclesie sub titulo sanctæ Mariæ,  
quæ omnes in diocesi Lisbonensi con-  
sistunt, annuam similem pensionem du-  
catorum tercentorum viginti auri de ca-  
mera, nempe, cinquecento mila reis  
favore monasterii, ac monialium præ-  
dictarum eadem auctoritate reserves; de-  
clarantes tamen, quod omnes pensio-  
nes prædictæ, sic super fructibus, red-  
ditibus, et proventibus dictorum bene-  
ficiorum, seu ecclesiarum reservatæ, nisi  
prius per cessum, aut decessum re-  
ctorum, qui ea nunc obtinent, aut alias  
quomodolibet eadem beneficiis, seu ec-  
clesie prædictæ vacaverint, reservatæ

Procurium.

Expositio præ-  
cum porrecta-  
rum, a regina  
Portugallie  
pro obtinenda  
unione, et con-  
titutione pen-  
sionum.

esse intelligantur, ac nec eæ exigi, levari, ac percipi quomodolibet possint. Volumus insuper, ac eorumdem serie decernimus, quod redditus ac proventus tum ecclesiæ de Barcos sic monasterio prædicto unitæ, tum memoratæ pensiones, ut præfertur, reservatæ prius in sumptum constructionis ejusdem monasterii applicentur, deinde ea perfecta in illius dotem pro monialium, ac ibi inservientium sustentatione cedere debeant.

Clausule salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas perpetuis futuris temporibus firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec unquam sub aliquo prætextu, aut colore infringi, aut impugnari possint, sed ab illis ad quos de præsentibus spectat, et in futurum quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem sacre Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios iudicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit quorumcumque testatorum, qui missas, aliorumque onera in prædicta ecclesia de Barcos Lamacensis diocesis adimplenda reliquerint etiam voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in generalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac tum ecclesiæ prædictæ de Barcos, tum aliarum ecclesiarum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat

specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava julii millesimo, septingentesimo septuagesimo nono pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXI.

Erectio tribunalis ecclesiastici in civitate Lisbonensi ad instantiam Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **J**ustitiæ ubique administrandæ satis consultum minime videretur, nisi ea, quæ temporum successu in judiciis præcavenda, quæve ordinanda comperta sunt apposite præscriberentur. Quare Nos a beati Petricathedra, ad quam imparibus prorsus meritis, pari tamen auctoritate evecti fuimus, dum cunctorum querelas ad Nos jure delatas excipere tenemur, si causas maturiori examini subiciendas arbitraturi simus ad illas rectiori iudicio definiendas opportuna media exhibere non omitteremus.

Proemium

§. 2. Quamvis enim recol. memoriæ Bonifacius pp. VIII. prædecessor Noster provide statuerit, quibus pollere debeant qualitatibus ecclesiasticæ personæ, ut illis causæ ab apostolica Sede committi queant, et loca præscriperit, ad quæ in iudicium actores valerent reos evocare. Ac successive a concilio Tridentino ad hoc ut iudices in partibus delegandi idoneiores essent, fuerit præscriptum in singulis conciliis provincialibus, aut diocesanis aliquot personas, quæ qualitates habeant juxta ejusdem Bonifacii prædecessoris constitutionem, et alioquin ad id aptas designari, ut præter ordinarios locorum iis etiam causæ ecclesiasticæ in partibus delegandæ committerentur, atque præmissæ ordinationes ab inde citra ita fuerint ab apostolica Sede constanter servatæ, ut felicitis recordationis Benedictus pp. XIV. per suam encyclicam

Memoratur quid statuerit Bonifac. VIII ac alii pontifices circa personas ad iudicium ferendum.

Dat. die 2 augusti 1779. Anno V.



epistolam sub datum diei xxvi augusti anni Domini MDCCXXI. patriarcharum, primatum, archiepiscoporum, et episcoporum vigilem excitaverit curam ad renunciandum apostolicæ Sedi iudicum synodali nomina, modumque præscripserit alios decedentibus subrogandi.

§. 3. Nihilominus cum acceperimus in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis valde proficuum fore ad ecclesiasticas causas definiendas, præter ea, quæ ab ipso Bonifacio prædecessore, et in Tridentino concilio præscripta noscuntur, et usu sunt firmata, ut novum suprema auctoritate Nostra institueretur tribunal, ad quod causæ ipsæ, postquam juxta ordinem iudicii discussæ per tres definitivas sententias rei iudicatæ titulum adeptæ fuerint, si pars succumbens, se gravatam senserit, atque iterum victricem provocandi animum foveret, tunc vigore specialis commissionis ab apostolica Sede impetrandæ non amplius uni particulari personæ deferri possent; sed in illo tantum collegialiter methodo, quam erecta a Nobis præscribenda de rei iudicatæ iustitia datum sit plenissime cognoscere.

§. 4. Quod sane charissima in Christo filia Mariæ Portugalliæ, et Algarbiorum regina fidelissima quemadmodum summo catholicæ religionis cultu flagrat, ita iustitiam in ejus regnis, et dominiis signanter erga ecclesiasticum cætum administrari enixe curans non modo in votis habere ostendit, sed a Nobis etiam exquisivit. Nos igitur præmissa serie huiusce instantiæ consideratione, animoque perpendentes nil esse omitendum, ut jus suum cuique tribuatur, et votis ejusdem Mariæ reginæ, quam libenter obsecundare cupientes, novum, ac speciale in civitate Lisbonensi tribunal ecclesiasticum in executionem commissionum sanctæ Sedis super restitutione in integrum mensam commissionum apostolicarum nuncupandum, cum omnibus tamen, et singulis, in infrascriptis quatuordecim articulis contentis, et expressis conditionibus, circumstantiis, ac methodo inviolate, et adamussim in iudicando servanda in eisdem præscripta ipsarum tenore præsentium suprema auctoritate Nostra perpetuo erigimus, et instituimus. Tenor autem articulorum est qui sequitur.

§. 5. Primo = Constat tribunal ex uno præside aliquam ecclesiasticam dignitatem semper obtinente, et ex aliis iudicibus pariter ecclesiasticis in sacris ordinibus constitutis, ac in universi-

tate studii generalis Colimbriensis in jure canonico, vel civili baccalaureis, seu licentiatis.

§. 6. Secundo = Eorundem præsidis, et iudicum nominatio ad ipsam Mariam reginam, et pro tempore existentem ejus successorem Portugalliæ, et Algarbiorum regem fidelissimum spectabit; cum hoc tamen quod omnes, et singuli ad similia munerera pro tempore nominati, eorum nominationis ab apostolica Sede, seu illius nuntio Lisbonæ commorante confirmationem, cuius vigore gratuito necessariæ facultates de causis ecclesiasticis cognoscendis, et iudicandis ipsis communicabuntur, et tribuentur reportare teneantur, ad quem effectum de singulis iudicum, et præsidis nominationibus per officium secretariæ status negotiis regni præpositæ memoratus nuntius pro tempore certior fiet ad hoc, ut ipse, si opportunis facultatibus erit munitus nominationem confirmet, sin minus confirmationem eandem a Sede apostolica gratuite obtineat; idque servabitur in quolibet casu novæ deputationis præsidis, et iudicum, ita ut novus nominatus absque prævia apostolica confirmatione munus suum exercere minime poterit.

§. 7. Tertio = Iudicum huiusce tribunalis numerus, ab ipsa Maria regina statuendus ad novem præter præsidem ascendet, et quævis causa per tres ex ipsis definietur, quorum unus juxta distributionem commissionum eidem tribunali dirigendorum a præside faciendam relatoris officium explebit, atque hi iudices sententiam decisivam diebus, et horis pro tribunalis convocatione assignandis simul coacti dicere debebunt. Quoties autem necessitas id exposceret iudicum numerus in posterum augeri poterit, hoc tamen servato modo, quod si numerus augendus firmiter sit perduraturus, literæ apostolicæ in forma Brevis super confirmatione novorum iudicum erunt expediendæ; si vero in aliquo tantum peculiari casu augendus foret, tunc approbatio sat erit apostolici nuntii, cui a memorata secretaria status notitia communicabitur. Tam præsidem, quam iudices aliqua cum causa amovere a munere permixtum erit ad cuius feliciorum, et breviorum effectum idem apostolicus nuntius, opportunis facultatibus muniendus erit, ut de remotionis causæ iustitia summarie, et absque forma processus cognoscat, illamque approbare queat. At si præses, vel iudicum aliquis munus sponte dimittere vellet, seu ad officium aliquod

Exponitur quoque mod. utile est, tribunal institui ad causas ecclesiasticas definiendas.

Tenor erectionis ipsius tribunalis.

De personis ipsius tribunal componentibus.

De iure nominandi præsidem, et iudices regi reservato.

De numero iudicum tribunalis, et de forma servanda in ferenda sententia.

incompatibile promovebitur de hoc apostolicum nuntium pro tempore certiorum reddere teneatur.

De causis eisdem tribunalis delegandis, et committendis.

§. 8. Quarto = Illæ tantum causæ tribunalis huiusmodi delegandæ, et committendæ erunt, quæ post latis in totidem separatis instantiis tres conformes sententias, quæ veram, et propriam rem iudicatam favore unius ex partibus colligantibus constituunt, usque modo a Sede apostolica ecclesiasticis originariis personis vigore rescriptorum restitutionis in integrum, sive revisionum nuncupatorum committi consueverunt, ideoque restitutiones in integrum, sive contra unam rem iudicatam imperfectam, ac non interpositam, vel prosequutam intra legitima tempora appellationem, sive propter impedimentum alicujus pontificæ sanctionis, ac ita quoque causas nullitatis matrimoniorum, vel religiosarum professionum citra casum quod tres conformes sententiæ jam fuerint emanatæ, quia in hoc casu eidem cum clausula = servata forma constitutionis Benedictinæ = ipsas committere licebit tribunalis, ut supra instituto, non spectabunt. Quando igitur, et quoties vera, et propria res iudicata sequuta fuerit, tunc delegationes, et commissiones ad novum tribunal singulis vicibus juxta stylum, et formam hucusque servatam, et absque alia immutatione præterquam directionis in posterum eidem tribunalis faciendæ in personam illius præsidis, cujus deinde erit ipsas causas ad iudices, quibus juxta enunciatas ordinationes pertinebunt, remittere ab apostolica Sede erunt impetrandæ, et expediendæ. Quo vero ad causas, vel simplicis appellationis, vel restitutionis contra unam rem iudicatam impropiam, et quoad omnes alias, quæ sub trium conformium specie non comprehenduntur partibus colligantibus a præfinito, et observato trium instantiarum cursu declinare non erit permissum, firma tamen remanente, prout hactenus servatum est, ad arbitrium succumbentis libertate ab episcopi sententia ad metropolitanam, vel omisso medio, ad Sedem apostolicam directe, vel ad apostolicum nuntium appellationem deferendi; advertendum tamen erit, quod si in aliquo casu ante impetrationem commissionis a nuntio nunc ex colligantibus præveniret exhibendo aliam Romæ obtentam, similes commissiones in alios, quam in tribunalis apostolicæ nuntiaturæ ministros dirigi nequibunt.

§. 9. Quinto = Post cujuscumque causæ novo tribunalis peractam commissionem si iudices ad illius revisionem electi, vel in prima sententia, vel in secunda super exceptionibus oppositis prima vulgo nuncupata Embargo, prout etiam in apostolicæ nuntiaturæ tribunalis servatur, remjudicatam confirmari erunt, causa huiusmodi integre absoluta, et perpetuo extincta censebitur. Si autem iidem iudices remjudicatam in toto, vel in parte revocandam decernerent, parti succumbenti, quæ rem iudicatam favorabilem a te experta fuerat ad summum pontificem recursum habere licebit, ad hoc ut illi tribunalis causam eandem cum omnium iussum iudicium voto definiendam de novo committere digneatur; qua postrema, ac finali expleta decisione nulli alio recursui, vel commissioni ad illud tribunal, multoque minus extra illud aditus patebit, quoniam directa semel a summo pontifice ad hoc tribunal causæ commissione minime convenit ejusdem causæ examen ad alios inferioris ordinaris, et auctoritatis iudices deferri.

Quomodo res iudicata ori censeatur, et liti finitæ exceptionem inducat.

§. 10. Sexto = In causis, in quibus promotor, seu defensor matrimoniorum interesse opus erit illimetipsi, qui hoc munus in apostolicæ nuntiaturæ tribunalis exercent assumantur.

De defensore matrimoniorum adhibendo.

§. 11. Septimo = Liberam erit eidem Mariæ reginæ, ejusque successori pro tempore existenti Portugallie, et Algarbiorum regi fidelissimo unum, vel duos scriptores, aut tabelliones, atque etiam ostiarium in tribunalis servitium deputare, ac mansiones, diesque in quibus idem tribunal convocandum erit statuere. Scriptoribus autem, seu tabellionibus ea ipsa persolventur emolumenta, quæ ab illis simili munere in nuntiaturæ apostolicæ tribunalis laudantibus percipiuntur.

De notariis, scriptoribus, et ostiario eligendis.

§. 12. Octavo = Sportulæ, sive propinæ juxta causarum gravitatem, et pondus eadem forma, qua pro iudicibus per apostolicam rescripta delegatis taxantur proportionabiliter præfinitæ erunt, illæque statim post sequentem causæ compulsionem, et prius quam iudicibus, modo præmisso, committantur a parte colligante deponi debent, cauteque iudices solum post huiusmodi depositum cum effectu peractum juxta stylum in nonnullis tribunalibus civitatis Lisbonensis ad multa partium colligantium vitanda mala observatum nominabuntur. Non a judi-

De sportulis, et earum distributione.

cibus, qui in causa sententiam tulerunt sportulæ, seu propinæ lucrabantur, sed illæ in arca tribus obsignata clavibus, quarum unam præses, alteram senior iudex, et tertiam senior pariter scriptor, seu tabellio custodiet, servari debent ad hoc, ut eo modo, quo dicta Maria regina in executione erectionis tribunalis regiam suam pandet voluntatem, inter iudices dividantur.

De multis, et  
earum ergo-  
gatione.

§. 13. Nono = Omnes, et singulæ mulctæ, et pænæ pecuniariæ, quas nulli partium competere dignoscetur, in eadem arca, seorsim tamen a sportularum, seu propinarum nummis poni debent; illarum vero ratio ex libro speciali, in quo describentur separatim constabit, et sub præsidis inspectione in tribunalis sumptus, prout in apostolica nuntiatura servatur, erunt erogandæ.

De iudice re-  
latore, illius-  
que jurisdic-  
tione.

§. 14. Decimo = Id totum, quod ordinatorium esse solet in iudiciis private facultatis erit iudicis relatoris relicta partibus facultate ad tres deputatos iudices recurrendi cum sese ab aliquo decreto, seu interlocutorio præcepto gravatos persenserint; audientia vero in tribunali diebus, et horis iuxta aliorum tribunalium consuetudinem statuendis per turnum habenda erit ab uno iudice, qui, et sententias aliorum omnium, postquam illi se se subscripserint coram præside, aliisque iudicibus in tribunali lectas, ipsiqua præsidî, vel illi, qui eius vices geret traditas promulgari curabit.

De remissione  
causarum jam  
pendentium  
ad idem tribu-  
nal.

§. 15. Undecimo = A sequuta præsentium literarum apostolicarum Nostrarum publicatione, ad tribunal mox institutum remittendæ erunt non modo novæ causæ ab apostolica Sede sub enunciata forma in posterum committendæ; verum etiam in statu, et terminis, in quibus extabunt omnes illæ causæ, quæ vigore rescriptorum revisionem præferentium, veræque, et rigorosæ restitutionis in integrum vim habentium, pro ut in quarto præcedenti articulo plane statutum est apostolicis delegatis essent commissæ, ad quem effectum illorum auctoritates integræ sint suspensæ, et deletæ.

Quibus in cau-  
sis admittetur  
patrocinium  
causidicorum,  
et advocatorum.

§. 16. Duodecimo = In tribunali, de quo agitur, iis solum causidicis, et advocatis causarum clientelam gerere datum erit, qui ipsius tribunalis facultatem scripto impetrabunt, idque etiam in audientia servabitur nisi ageretur de ipsomet colligante, prout in apostolica nuntiatura itidem usuvenit.

§. 17. Tertio decimo = Quoad reliqua omnia in hisce minime præscripta, signanter quoad tribunal, ac modum, et formam iudicandi, et actitandi in causis juris dispositio, et praxis apostolicæ nuntiaturæ servebitur.

De forma ju-  
dicandi servan-  
da.

§. 18. Quartodecimo = Demum cum hujusce tribunalis præsidem eximia auctoritatis, et fiduciæ virum esse oporteat, nec ipse pro munere hujusmodi aliquod peculiare emolumentum, præter dignitatis, quam ipse obtinebit redditus sit percepturus. Nos ut sedulius præses ipse munere suo operam præstet, tribunal ipsum pro rei amplitudine moderetur, cunctisque eventibus consulere queat in bonum ecclesiastici cætus absque ullo suorum reddituum detrimento, neque imminutione, ideo Nos tam futurum primo electum, quam pro tempore existentem præsidem ejusdem tribunalis, diebus tamen, et horis, in quibus ratione sui muneris se impeditum censeat ab omni, et quocumque onere residentia, et servitii apud quamlibet etiam patriarchalem ecclesiam ratione cujusvis servitii præstandi penitus, et omnino liberamus. Ipsique ut omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus, certos, et incertos, ac distributiones quotidianas etiam eas a non nisi personaliter interessentibus percipi solitas percipere, exigere, et lucrari possit, et valeat ipsarum quoque tenore præsentium perpetuis futuris temporibus concedimus, et indulgemus. Hisce sancitis ad tribunal condendum, illiusque formam, methodum, auctoritatem, dignitatemque præscribendam, et constituendam primæ modo præsidis, et iudicum designationi animum Nostrum adjicientes, dilectum filium Thomam de Almeyda patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis principalem in præsidem = In iudices vero dilectos etiam filios tres ex ejusdem patriarchalis ecclesiæ principalibus, nimirum = Michaellem de Noronha = Franciscum de Castro = et Josephum de Mascarenhas = nec non quatuor ex illius patriarchalis ecclesiæ præsulibus idest = Franciscum de Mattos et Sylva = Antonium Maciel = Franciscum Xavierium da Lunha Thorel = Aloisium Emanuelem de Menezes = Pariter Josephum Riccardum Pereira de Castro senatorem tribunalis = del Disimbargo del Paco = nuncupari. Ac demum Franciscum Antonium Maques Giraldes mensæ, conscientia, et ordinum nuncupatæ deputatum tribuentes eis, et eorum singulis

De præsentia,  
et munere præ-  
sidis.

facultates in præmissis articulis contentas, et expressas ipsarum tenore præsentiam apostolica auctoritate eligimus, et deputamus.

Monitum ad  
judices electos

§. 19. Cæterum mox electos, et futuros præsidem, et judices ejusdem tribunalis, quibus causarum commissiones a Nobis, et successoribus Nostris dirigentur ad illas post remjudicatam iterum dignoscendas enixe in Domino hortamur, ut quocumque posthabito personarum favore justitiam, in qua virtutis splendor est maximus, spectent, mente quoque recenseant una cum auctoritate eis tributa, fidem quoque fuisse creditam; æquitati tamen quandoque indulgeant, ministrosque sanctuarii Domini (quorum in numerum, et ipsos cooptatos esse gloriabuntur) inter sese dissentientes potius componere, et justitiæ legem in concordia disponere procurent.

Clausule solutares et irritantes.

§. 20. Præsentem autem Nostram litteras semper firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus, servatis tamen omnibus, et singulis præmissis, sortiri, et obtinere debere, neque adversus illas subreptionis, vel obreptionis, aut intentionis Nostræ defectum objici posse; sicque, et non alias per quoscumque judices quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, respective decernimus.

Dorogatio contrariorum.

§. 21. Non obstantibus quibuscumque apostolicis, et in universalibus provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et quatenus opus sit, Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis aliis quibuscumque tribunalibus, eorumque moderatoribus, et iudicibus concessis; quibus omnibus, et singulis eorum tenores pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, et expresse harum serie derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 22. Volumus autem quod earundem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo præsidis ejusdem tribunalis munitis, eadem pro-  
sus fides in iudicio, et extra illud a-

dhibeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si exhibitæ forent, et ostensæ.

§. 23. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ erectionis, institutionis, electionis, deputationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo nono, sexto idus augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

Sanctio poenalis.

CCXXII.

Dat. die  
3. augusti  
1779.  
Anno V.

Indultum recitandi, ac celebrandi respective missam et officium proprium beati Philippi a Jesu martyris patroni principalis civitatis et diocesis Mexicanæ etc.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper fuit pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici ipsum, ut officium proprium, cum missa pariter propria in memoriam beati Philippi a Jesu martyris patroni principalis civitatis, et diocesis Mexicanæ recitari, ac celebrari respective possint summopere desiderare; et propterea Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Expositio precum porrectorum.

§. 2. Nos igitur piis memorati Caroli regis votis, quantum cum Domino possumus annuere capientes, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes supplicationibus hujusmodi inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romane Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum consilio, prævia prefati officii proprii, ac missæ pariter propriæ in memoriam dicti beati Philippi a Jesu nuper exhibitæ approbatione, ut perpetuis futuris temporibus prædictum officium, et missa sub ritu duplicis primæ classis in civitate,

Tenor concessionis

ac diœcesi Mexicana, sub ritu vero duplicis majoris in diœcesibus suffraganeis recitari, ac celebrari respective possint, ac valeant, auctoritate Nostra apostolica harum seris concedimus, et indulgemus.

Clausula subtilata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus in perpetuum sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quoadmodumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam cansarum palatii apostolici auditores, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio consuetudinum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficiatoribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis

§. 5. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia augusti anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXIII.

Die die  
17. augusti  
1779.  
Anno V.

Erectio episcopatus Chamberiensis in regno Sardinia.

Pius episcopus

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **U**niversa Dominici gregis pacendi Nobis commissa procuratio requirit, ut novi animarum pastores ad apostolici ministerii partes obendas adsciscantur; quoties, ob dissitas regiones populi vocem pastoris audire, virtutum exempla cominus intueri, negotiis in episcopali curia peragendis commode incumbere nequeunt. Quapropter populorum aeternæ saluti sedulo consulentes, novas episcopales sedes juxta temporum, et regionum circumstantias instituere non ambigimus, quemadmodum in Domino expedire noverimus.

Provincia

§. 2. Jampridem per apostolicas Nostras literas sub datum anno incarnationis Dominicæ MDCCLXXV. octavo idus julii pontificatus Nostri anno primo dilectis filiis officialibus venerabilium fratrum Nostrorum Gebennensis, et Valentiniensis episcoporum dedimus in mandatis, ut auditis omnibus interesse quomodolibet habentibus, quosdam tractatus, et conventiones inter venerabilem fratrem Nostrum episcopum Gratianopolitanum, et tunc existentem abbatem commendatarii monasterii abbatiæ nuncupatæ sancti Michaelis de Clusa nullius diœcesis provincie Taurinensis sub apostolicæ Sedis beneplacito initos, et subinde a dilecto filio Nostro Hiacynto tituli sancti Joannis ante Portam Latinam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Gerdil nuncupato moderno ejusdem abbatiæ abbate commendatario probatos, qui inter cætera divisionem, ac dismembrationem complectuntur a diœcesi Gratianopolitana, illius videlicet partis in Sabaudia consistentis decanatus usque modo nuncupatæ, ubi Chamberium, ac nonnulla oppida, et loca recensentur auctoritate Nostra approbari mandavimus, statuentes, ut quousque de ea diœcesis parte aliter a Nobis dispositum minime fuerit, ea ejusdem Hiacynti cardinalis, et abbatis commendatarii spirituali etiam per aliam personam exercendo subesset regi-

Memorantur alie literæ date pro dismembratione ducatus Chamberii nuncupati, ab episcopatu Gratianopolitano, et abbatiæ sancti Michaelis de Clusa.

Preces porro-  
ctam pro ere-  
ctione novi  
episcopatus in  
parte separata.

§. 3. Cumque eadem Nostræ literæ præscripta methodo, ac omnis juris forma cumulate observata, fuerint exequutæ, Nobisque nomine charissimi in Christo filii Nostri Victorii Amadei Sardinæ regis illustris dilectus filius nobilis vir Petrus Joseph Graneri eques commendatarius inclyti ordinis sanctorum Mauritii et Lazari, et apud Nos ejusdem Victorii Amadei regis minister plenipotentarius, eixas obtulerit preces, ut ea in parte diœcesis in vim ejusdem tractatus separata, novam episcopalem Sedem institueremus. Nos sub die xxiv. septembris anni proxime præteriti venerabili quoque fratri Nostro Augustino Laurent archiepiscopo Tarentasiensi commisimus, ut tamquam apostolicus delegatus processum de more super causis Nobis expositis conficeret.

Relatio proces-  
sus congesti.

§. 4. Transmisso autem nuper ab ipso Augustino archiepiscopo processu rite congesto, negotium hoc ad congregationem venerabilium quoque fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium rebus consistorialibus præpositorum perpendendum remisimus, ex cujus sensu, ad relationem dilecti pariter filii magistri Petri Mariæ Nigrone illius congregationis a secretis percepimus, nedum de necessitate, atque utilitate erectionis hujusmodi, verum etiam de consensu ab iis omnibus interesse habentibus, libenti animo præstito, evidenter constare, ac Chamberii civitatem episcopalis Sedis honorem promereri.

Describitur ci-  
vitas Chamberii.

§. 5. Etenim Chamberium perantiqua civitas, et illustris totius Sabaudie ducatus caput, ubi regia olim aula residebat. In illius castro regalis est cappella jamdudum in collegiatam ecclesiam erecta, et munifice dotata, atque ab apostolica Sede specialibus insignita privilegiis. Illi hactenus præfuit unus antistes decani titulum et dignitatem obtinens, atque abbas Altecumbæ nuncupatus, insigniis, et prærogativis decoratus, eidemque apostolicæ Sedi immediate subiectus; reliquum vero ejusdem collegiatæ ecclesiæ capitulum ex tribus aliis dignitatibus archidiacono nempe, cantore, et thesaurario, ac decem canonicis constituitur; sex quoque presbyteri honorarii denominati, et quatuor clerici ecclesiæ famulatu addicti sunt: qui omnes ex regia fundatione dotati, ad regiam itidem nominationem institui solent in munere. Illius civitatis cives, et habitatores ad duodecim millium usque numerum recensentur, tribus sub paræciis distributi, una scilicet sancti Petri de Lemens, altera ejusdem sancti Pe-

tri suburbii de Machè, tertia vero sub titulo sancti Loedegarii; sed istius, quæ potior est cura post fratrum minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum ad ecclesiam extinctæ societatis Jesu translationem in ecclesia ejusdem sancti Francisci satis ampla, et decora exercetur. Sex sunt virorum regularium in ea civitate cœnobîa, totidem sanctimonialium asceteria; quatuor in levamen pauperum et infirmorum, ac orphanorum, et peregrinorum quoque ex avita regali pietate in ea patent hospitalia loca.

§. 6. Propterea Nos, qui non semel ipsius Victorii Amadei regis religionem pietatemque eximiis laudibus efferre non omisimus, hac quoque nacta occasione illas regias virtutes, quibus ornatur, ac paternum, quem erga subditas sibi gentes fovet animum, iterum celebrare non omittentes, ut neque hac in re studia in eum Nostra, et officia desint, quam libenter ejus votis indulgendum censentes ex certa scientia, et de apostolicæ potestatis plenitudine dismembrationem, et separationem illius partis diœcesis Gratianopolitanæ, quæ in Sabaudia consistit, et decanatus dicitur juxta priores Nostras literas denuo confirmamus, et approbamus; atque in primis Chamberium in civitatem episcopalem Chamberiensem nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, et prærogativis quibus aliæ civitates Sabaudie pontificali sede insignitæ, earumque cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti frui, potiri et gaudere possunt, et poterunt quomolibet in futurum: ecclesiam vero sancti Francisci Conventualium nuncupatam deservire solitam, quam, prævia status regularis omnimoda extinctione, sæcularem fore statuimus in cathedralem sub invocatione Annuntiationis B. M. V., et beati Amadei, ac in ea sedem episcopalem pro uno futuro episcopo Chamberiensi, in quem præter episcopalem sibi de jure competentem, omnes honorificentiam, et prærogativam decani regalis cappellæ, et abbas Altecumbæ, atque ipsi ecclesiæ, atque illi civitati, et diœcesi Chamberiensi præsit; nec non cum juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, ac mixtis, quibus aliæ cathedrales ecclesiæ Sabaudie, earumque præsules quomolibet, non tamen titulo oneroso, vel ex indulto, aut privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et

Confirmatio  
dismembratio-  
nis, et erectio  
in civitatem  
oppidi Cham-  
berii.

gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum ad omnipotentis Dei gloriam, et laudem harum Nostrarum literarum vigore perpetuo erigimus et instituiamus.

Constitutio  
diocesis Cham-  
beriensis.

§. 7. Hisce constitutis, episcopo Chamberiensi, ejusque successoribus civitatem ipsam Chamberii in qua reside- re, et coeventum olim regularem cathedra- li ecclesie adnexum, quem pro sui habitatione incolere debet episcopus; in diocesim vero oppida omnia, terras, paræcias, ac dependentias, quæ actu constituunt districtum decanatus, Sabaudie, nempe paræciam = Lemens = Saint-Peger = Maché = Aix = Tresserve = Saint-Simeon = Vivier = Mouxy = Clarafond = Nery = Pougny = Saint-Joire = Chignin = Trivier = Montmeillan = Franciu = Arbin = Les Marches = Crovet = Saint-Pierre d'Albigoy = Treterive = Greisy = Mont-Ailleur = Saint-Jean de la Porte = Miollans = Thoiry = Puisgros = Curienne = La Thuille = Saint Jean d'Arvey = Les Desert = Apremont = Barberas = Saint-Alban = Bassin = Verel = Saint-Baldopli = La Bavoire = Balbis Jacob = Saint Sulpice = Montagne = Vimines = Cognin = Saint Ombre = Cervolex = Bissy = Saunaz = La Motte = Voglens = Bourget = Bordeaux = Les Echeles = Saint Pierre de Genobroz = Epernex = Corbcille = Cappelle Blanche = Villaroux = Les Mollettes = Etrier = et Arvislard = cum eorum confinibus in executione præsentium literarum Nostrarum præscribendis, nec non jurisdictionibus, aliisque juribus alias ad episcopum Gratianopolitanum, illiusque mensam quomodolibet spectantibus quali- acumque, et cujuscumque generis sint, in quibus quidem civitate, et diocesi novus, et pro tempore existens Chamberiensis episcopus omnem ordinariam episcopalem jurisdictionem, atque illam ordinis, ut vocant, in personas tam ecclesiasticas quam seculares, et ad formam decretorum concilii Tridentini apostolicarumque constitutionum etiam regularum, prout aliis episcopis competit, libere, et absolute exercere valeat pari auctoritate concedimus, attribuimus, et assignamus, ac respective supponimus, atque subijcimus. Ipsam vero Chamberiensem ecclesiam ejusque episcopum pro tempore existentem attento præsertim consensu a venerabili etiam fratre Nostro archiepiscopo Viennen- in Delphinatu, uti ejusdem episcopi Gratianopolitani metropolitano pure, et simpliciter præstito, nulli archiepiscopo metropolitano pure, et simpliciter præstito nulli archiepiscopo metropolitano subje-

ctum subjectam, et subiectum, sed a Nobis, et Romano pontifice pro tempore existente, Sedeque apostolica absque aliquo medio, et immediate dependentem fore decernimus, et constitui- mus, ad quem effectum ecclesiam ipsam, et diocesim, ac novum episco- rum ejusque successores sub beati Pe- tri, ac Nostra, et successorum Nostro- rum immediata protectione recipimus.

§. 8. Quovero ad mensæ episcopa- lis Chamberiensis dotem ut congruæ, et decenti episcopi substationi consu- latur, eidem mensæ superenunciatum decanatum, et archipresbyteratum Sa- baudie, nec non monasterium abbatiam nuncupatum sanctæ Mariæ, aut sancti Joannis Alpium, quod sicut pariter ac- cepimus de jure patronatus dicti Vi- ctorii Amadei regis ex fundatione, seti dotatione aut privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum esse dignoscitur, prævia ejusdem mon- asterii tituli collativi extinctione, et sup- pressionem, ac illius, nec non ejusdem decanatus, et archipresbyteratus fructus omnes, redditus, et proventus, ac jura, et actiones quascumque vi earundem præsentium apostolica pariter auctori- tate unimus, annectimus, et incorpo- ramus. Pariterque bona, eorumque red- ditus domus olim regularis ordinis sancti Benedicti congregationis Cælestino- rum nuncupatorum, quæ in actu ejus sup- pressionis a Nobis, per apostolicas No- stras literas in forma Brevis diei vi. au- gusti MDCCLXXVIII. peractæ liberæ di- spositioni dicti Victorii Amadei regis erant relicta in hunc finem, ut in novæ ecclesie Chamberiensis dotationem con- verterentur: eveniente modo casu ei- dem mensæ cum onere tamen super om- nibus redditibus ejusdem episcopalis mensæ quotannis solvendi capitulo, et canonicis cathedralis ecclesie summam mille, et quingentorum librarum in reparationibus fabricæ ecclesie, sacra- rum suppellectilium, et utensilium pro- visionem, proportionem ad episcopum, et capitulum spectante erogandam, præsen- tium etiam Nostrarum literarum serie assignamus, tribuimus, et appropria- mus.

Consultatur sub-  
stationi epi-  
scopi.

§. 9. Ad mensæ subinde capitula- ris, et singulorum ecclesie adscripto- rum dotationem, ac redditus, animum Nostrum convententes jubemus, et sta- tuimus, ut dignitates, et decem cano- nici ejusdem regalis cappellæ, ac sex novi canonici mox erectæ cathedralis ecclesie illius capitulorum, ut præfer- tur constituentibus iisdem, quos hactenus

D: mense ca-  
pitulari.

perceperunt perfrui debeant redditibus, idest tres dignitates, et decem canonici habeant fructus eorum præbendæ, nec non obventiones, et emolumenta, ac redditus cujuscumque generis quibus usque modo gavisi sunt. Sex vero novi canonici, ut antea, percipiant fructus præbendæ, et obventiones, emolumenta, ac redditus, cujuscumque generis, quibus jam fruebantur sex presbyteri honorarii. Ut autem omnes aliquod consequantur augmentum, Nos votis ejusdem Victorii Amadei regis obsecundantes mandamus, ut redditus, tam ad decanum, quam ad quatuor clericos honorarios ejusdem regalis cappellæ nunc spectantes, comprehensa eorum respective portione, super fructibus abbatix de Altacumba in beneficium cedant massæ capitularis æqualibus portionibus inter eosdem canonicos distribuendi. Ad quorum effectum quatuor ea beneficia regix nominationis, quæ clerici honorarii obtinebant supprimimus, et extinguimus. Præterea assignationem ab ipso Victorio Amadeo rege annui redditus librarum quinq; mille, et nonigentorum super montibus sancti Joannis Baptistæ civitatis Taurinensis eidem massæ capitulari sua liberalitate peractam perpetuo confirmamus; ac præcipimus eandem summam etiam in æquales portiones inter omnes canonicos ejusdem cathedralis ecclesiæ, comprehensis etiam dignitatibus fore distribuendam: cum obligatione tamen ejusdem capitulo, et canonicis injuncta, cuilibet ex sex beneficiatis minoribus supra memoratis, et quatuor regis cappellanis ab ipso Victorio Amadeo rege servitio regalis cappellæ addicendis subministrandis annis singulis summam librarum tercentum, et quinquaginta titulo quotidianarum distributionum.

Privilegium capitulo concessum condendi statuta pro gubernio ecclesiæ cathedralis

§. 10. Insuper futuris archidiacono, cantori, et thesaurario ac canonicis illius ecclesiæ capitulum constituentibus, ut ipsi capitulariter congregati pro ejusdem ecclesiæ Chambericis, illiusque mensæ capitularis, sacristiæ, et fabricæ, eorumque rerum, et bonorum tam spiritualium, quam temporalium prospero felicique statu, gubernio, regimine, ac directione, onerumque eis incumbentium adimplemento, missarum, horarum canonicarum diurnarum, et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, pœnarum per absentes, ac divinis officiis, et functionibus non interessentes incurrendam impositione, cæ-

remonii, et functionibus in nova cathedrali ecclesia, illiusque choro, processionibus, et aliis actibus servandis, et ministris deputandis, atque amovendis salariis, et stipendiis etiam assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis nova statuta, ordinationes, capitula, et decreta sacris canonibus ac constitutionibus apostolicis, conciliique Tridentini decretis minime contraria, quia immo illis conformia, cum approbatione tamen futuri episcopi Chamberiensis, vel si de illo eadem ecclesia apostolica auctoritate nondum provisiva fuerit, tunc ab infrascripto præsentium executore approbanda, et confirmanda, condendi, edendi, conditaque, et edita pro temporum, et rerum variatione mutandi, declarandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia ex integro, modo tamen præmissis, condendi, et per eos ad quos pro tempore spectabit, sub pœnis in contrafacientes statuendis observari faciendi plenam, et omnimodam facultatem, et potestatem eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impertimur.

§. 11. Ipsius vero Victorii Amadei regis religionem, pietatem, et ecclesiastici decoris zelum, quem fovet, animo Nostro reputantes, atque omnem in Domino tenentes spem futuros successores regis omnibus, et christiano principe dignis virtutibus ita præditos, ut divini luminis afflatu ducti sciant, ac volent quoque inter Dei ministros eos diligere, qui dignores comperti fuerint eidem Victorio Amadeo regi ejusque successoribus, jus nominandi, et præsentandi tam ad ecclesiam Chamberiensem, quam ad canonicatus antea, et vigore præsentium erectos, nec non ad sex beneficiatos minores, qui inferiorem chorum ipsius capituli constituent, etiam hac prima vice a primæva illorum erectione, et institutione a Nobis factis, ac deinceps quoties illam pastoris solatio quomodolibet destitui contigerit, ac illi quovis modo vacaverint personas idoneas quoad ecclesiam episcopalem a Nobis, et Romano pontifice pro tempore existente, ad nominationem, et præsentationem hujusmodi eidem ecclesiæ Chamberiensi præficiendam apostolica auctoritate similiter perpetuo reservamus, constituimus et assignamus. Ac jus nominandi, et præsentandi hujusmodi eidem Victorio Amadeo regi, ejusque successoribus, ut præfertur, reservatum, vere regium esse, et fore, atque uti tale sub qua-

Jus nominandi episcopi, canonicos, aliosque beneficiatos regi Sardinia conceditur



cumque derogatione nullatenus comprehendi, neque illi derogare posse constituimus, atque decernimus.

Decori ecclesie magis consilium.

§. 12. Ut autem sanctæ regali cappellæ castri Chamberiensi servitium, eo, quo par est, decore, non deseratur, quatuor sacerdotes cappellanos regio nuncupandos, qui ab eodem Victorio Amadeo rege ejusque successoribus erunt nominandi, et ab episcopo Chamberiense dependere debebunt, illius cappellæ servitio addicimus: futuro item, et pro tempore existenti Chamberiensi episcopo committimus, ut annis singulis unum ex canonicis novæ cathedralis ecclesiæ in rectorem ejusdem cappellæ deputet; cum onere tum huic canonico rectori tum regiis cappellanis in illa celebrandi, aut celebrari faciendi missam quotidianam horis divisis, audiendi sacramentales confessiones, sacrosanctum missæ sacrificium diebus festis canendi, ac præcipue foundationes adimplendi, quas iidem in sancta regali cappella exequi debebunt. Quin imo ut perennis servetur eidem in sanctæ regali cappellæ suarum antiquarum prærogativarum memoria, Nos cathedralis ecclesiæ mox erectæ capitulo, et canonicis onus expresse imponimus quolibet anno ad illam sanctam regiam cappellam solemnem supplicationis ritu semel se conferendi, in bique diebus festis sancti Josephi, sancti Mauriti, et beati Amadei unius ex principalibus fundatoribus ejusdem sanctæ regali cappellæ missam solemnem cum cantu celebrandi; ne vero iisdem diebus desit cathedralis ecclesiæ servitium, volumus, et jubemus, ut iis diebus tum illa quæ peragetur publica supplicatio, tum aliis in quibus missæ solemnes, cum cantu persolventur, tunc in cathedrali ecclesia officiantur, et missa brevis, loco conventualis, per beneficiatum, seu cappellanum chorallem celebretur.

Erectio seminarii sub cura novi episcopi.

§. 13. Satis autem ecclesiæ Chamberiensis decori, et ecclesiastici ordinis institutioni, et profectui minime esset consultum si seminarium inibi deficeret. Quam etenim utile illud censeatur, et necessarium ad ecclesiasticam disciplinam discendam, et tuendam, ac propagandam ex concilii Tridentini decreto facile intelligi potest. Quare præcipimus, et jubemus, ut in eadem civitate Chamberiense quanto citius fieri poterit juxta ejusdem concilii præscriptum seminarium puerorum ecclesiasticorum eligatur, et instituatur, ut in illo adolescentes, qui diviso in ecclesiastico statu servitio sese mancipare

exoptant recipiantur, atque inibi probatæ a canonicis sanctionibus, sanctisque episcopis propositæ regulæ servari debeant. In ejusdem vero seminarii dotem, et ad occurrendum alumnorum, et magistrorum sustentationi, supremum ab eodem concilio remedium adhibere arbitantes, quemdam prioratum sub invocatione sancti Balduphi denominatum sancti Benedicti, seu alterius ordinis in commendam clerico seculari apostolica auctoritate concedi solitum, commenda hujusmodi per obitum quondam cognominati de Ville cessante, vacantem, illiusque titulum collatum, itaut deinceps in titulum conferri, vel in commendam concedi nequeat, penitus, et omnino supprimimus, et extinguimus: illiusque bona mobilia, et immobilia, ac semoventia, ac fructus omnes, redditus, et proventus, nec non jura, et actiones, ac pertinentias quascumque hactenus illam obtinenti competentes, supportatis tamen omnibus, et singulis ejusdem prioratus oneribus eidem seminario erigendo præsentium pariter literarum Nostrarum vigore, similiter perpetuo apostolica auctoritate applicamus, et appropriamus. Propterea liceat futuro episcopo Chamberiensi per se vel alium, seu alios veram realem, et actualem possessionem, ejusdem prioratus, illiusque honorum pro eodem seminario adipisci, et pro eo perpetuo retinere.

§. 14. Prostramo statuimus, et jubemus, quod taxa novæ cathedralis ecclesiæ Chamberiensis sit florenorum tercentorum, et viginti trium auri, atque in ea summa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

Præceptum de inscribenda taxa novæ cathedralis in libris cameræ.

§. 15. Præsentem quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, siquæ a Nobis ficerent, comprehendi, sed tamquam ad divini cultus incrementum, et populi spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque ab omnibus censerit, ita quoque, per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum pala-

Omne juris remedium tollitur, ut literæ apostolicæ plenum assequantur executionem.

tii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, dictæque Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, ac interpretandi facultate; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane similiter decernimus.

§. 16. Quodcirca eidem Augustino archiepiscopo, cujus operam ad erectionem hujusmodi, jam exquisivimus, cum expectationem Nostram in condendo processu cumulate adimpleverit, ideo de ejus fidē, ac prudentia plenam in Domino fiduciam habentes, per præsentēs committimus, et facultatem omnem necessariam, et opportunam tribuimus, ut ipse præsentēs Nostras literas solemniter publicans, per se, vel aliam quamlibet personam in dignitate ecclesiastica constitutam, ab ipso subdelegandam, faciat, ac curet auctoritate Nostra præsentēs literas, ac in eis contenta quæcumque integre exequi, et adimpleri, ac ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari, ac futurum episcopum Chamberiensem, ac capitulum novæ cathedralis ecclesiæ illis pacifice frui, et gaudere; non permittens ipsos, vel eorum quempiam per quoscumque quavis auctoritate fungentes indebite molestari: contradictores quoslibet per sententias, ac etiam censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo.

§. 17. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papæ VIII. prædecessoris Nostri qua cavetur, nequis extra civitatem, et diœcesim, nisi in certis inibi expressis, et exceptis casibus, et in illis non ultra unam dietam a fine suæ diœcesis, ad iudicium evocetur, seu ne iudices a Sede præfata deputati extra civitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere possint, et in concilio generali edita de duabus dietis, ac quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, ac de dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, nec non Lateranensis concilii ultimo loco celebrati dismembrationes, et applicationes

perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quatenus opus sit quarumcumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, respective statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu proprio, scientia, et potestatis plenitudine, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam pluries, et iteratis vicibus a prædecessoribus Nostris Romanis pontificibus concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, nec non quatenus opus sit quibuscumque piorum testatorum voluntatibus, et dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio facienda, aut quævis alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singulorum validitatis effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, ac latissime, et plenissime scientia, et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

§. 18. Volumus autem quod in eadem cathedrali ecclesia mox erecta functiones parochiales veteris, et demolitæ parœciæ sancti Leodegarii, quæ jam actu in eadem ecclesia exercentur, etiam deinceps persolvi debeant.

§. 19. Volumus etiam, quod eundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo dicti Augustini Laurent archiepiscopi Tarantasiensis munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum confirmationis, approbationis, erectionis, institutionis, translationis, concessionis, attributionis, assignationis, subpositio-

Deputatio commissarii apostolici pro implemento ipsarum literarum,

Derogatio contrariorum

De functionibus parochialibus in cathedrali ecclesia peragendis.

Fides habenda transumptis.

Sanctio poenalis.

nis, subjectionis, constitutionis, receptionis, approbationis, jussionis, statuti, reservationis, commissionis, oneris impositionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo nono, quinto decimo kalendas septembris, pontificatus Nostri anno quinto.

## CCXXIV.

Facultas suscipiendi ordines extra tempora non servatis interstitiis pro fratribus beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo Excalceatis congregationis Lusitanæ.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **Q**uamvis, ut ecclesiastica disciplina ubique locorum diligenter, ac exacte observetur, pro officio Nobis a deo absque ullo meritorum Nostrarum suffragio ex alto commisso, vigili studio, ac pastoralis quidem sollicitudine curare tenemur, illud tamen interdum evenire compertum est, ut providi æque patris familias sit, vel eam in aliqua parte moderare, vel etiam ab ea omnino discedere, prout debitæ considerationis trutina omnibus prius pensatis circumstantiis prædecessorum Nostrorum etiam exempla sectantes in Domino salubriter expedire conspicimus.

§. 2. Itaque cum Nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis a s. Joachim prioris generalis fratrum ordinis beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo Excalceatorum, nuncupatorum congregationis Lusitanæ, expositum fuerit, quod cum interdum non sive gravi sui ordinis, et congregationis incommodo contingat, ut episcopi, ob unam, aut alteram causam etiam statis temporibus in suis respective diocesis clericos ad ordines promovere nequeant: Nobis propterea

humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur tum ex expressis causis, tum ex aliis animum Nostrum moventibus, ordinem ac congregationem hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac ejus singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ordini ac congregationi prædictæ, ut ejus alumni ad quatuor minores, quatuor festivos, vel feriatis etiam continuis, vel interpolatis, et ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines aliquibus tribus dominicis, aut aliis festivos pariter continuis, vel interpolatis diebus extra tempora a jure statuta, et non servatis interstitiis a concilio Tridentino designatis, et anni curriculo minime expectato, dummodo tamen ad hoc alias ab ipsis locorum ordinariis idonei reperti fuerint, a quocumque, quem maluerint, catholico antistite, gratiam, et communionem apostolicæ Sedis habente, et in propria diocesi residente, vel in aliena de diocæsani loci licentia pontificalia exercente promoveri, et promoti in illis etiam in altaris ministerio ministrare libere, ac licite valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; et tam memoratis religiosi ordines prædictos suscipiendi, quam cuicumque antistiti illos conferendi licentiam, et facultatem impertimur.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima augusti anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die  
17 augusti  
1779  
Anno V.

Proemium.

Tenor præ-  
sentium correcto-  
rum.

Concessionis te-  
nor.Derogatio con-  
trariorum.

Dat. die  
18 augusti  
1779.  
Anno V.

CCXXV.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui in primis vespertis præsentationis b. Mariæ Virginis immaculatæ, et dedicationis beati Michaelis Archangeli visitaverint aliquam ex ecclesiis congregationis clericorum Discalceatorum, vel monialium Sanctissimæ Crucis, et passionis Jesu Christi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor concessio-  
nis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis congregationis clericorum discalceatorum sanctissimæ Crucis, et Passionis Jesu Christi nuncupat, quam monialium ejusdem congregationis, in præsentationis b. Mariæ Virginis Immaculatæ, ac dedicationis, s. Michaelis Archangeli festis diebus a primis vespertis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Derogatio contrariorum, et mandatum de nihilo exigendo.

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque: præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis, manitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibite, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris. die decima octava augusti MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXVI.

Dat. die  
21 augusti  
1779.  
Anno V.

Unio jurisdictionis abbatiæ sanctæ Mariæ in Balneo episcopatus Burgi s. Sepulchri.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Premium

§. 1. Inter cœtera, ad quæ ex iuncto Nobis desuper apostolicæ servitutis officio obligari dignoscimus animarum zelus eo Nos potissimum urget, quo pro illis exactior debetur ratio creatori; itaque ex illa die, quo nullo licet meritorum Nostrorum suffragio catholicæ Ecclesiæ, ac naviculæ Petri gubernacula suscepimus, nihil Nobis manum clavo admoventibus antiquitus fuit, quam ea libenter concedere, per quæ animarum Christifidelium Nostræ sollicitudini conceditarum saluti melius consulitur, præsertim si clarissimorum principum vota id exposcant, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

§. 2. Sane alias pro parte dilectorum filiorum abbatis generalis, ac monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Camaldulensis Nobis humiliter supplicatum fuit, ut eis jurisdictionem ordinariam, seu quasi episcopalem, quam ipsi in ecclesia, ac monasterio abbatiæ sanctæ Mariæ in Balneo, ac in suo respective territorio jamdiu exercuerunt libere renunciandi, dimittendi, ac abdicandi plenam, et amplam facultatem impertiri de benignitate apostolica dignemur.

Preces porrectæ pro executione renunciationis ordinariæ jurisdictionis.

§. 3. Nos igitur multis rationabilibus de causis, ac matura debitæ considerationis trutina illorum votis annuere volentes supplicationibus super his Nobis porrectis inclinati eidem abbati generali, ac monachis prædictis, ut de abbatum visitorum memorati ordinis, et congregationis consilio, adcessionem, et renunciationem prædictam devenire possent, concessimus, ac indulgimus: quamobrem dilectus filius Silvanus Gristi monachus ordinis, et congregationis prædictorum expresse professus, ac abbas sanctæ Mariæ Angelorum Florentinæ veluti procurator, a memorato abbati generali, et abbatibus visitoribus, ex facultatibus ac indulgentiis eis, a Nobis impertitis specialiter deputatus libere absolutus, et absque ulla reservatione in manibus venerabilis fratris Nostri Caroli archie-

Indulsi pontifex juxta petita, et facta fuit renunciatio

piscopi Patracensis Nostri, et Sedis apostolicæ apud dilectissimum in Christo filium Nostrum Petrum Leopoldum archiducem Austriæ, regium Bohemiæ, et Ungariæ principem, ac Hetruriæ sibi subjectæ magnum ducem nuncii, omnem jurisdictionem episcopalem, vel quasi episcopalem abbatia sanctæ Mariæ in Balneo sui ordinis competentem, omnemque facultatem, potestatem judicariam, tam in civilibus causis, quam in criminalibus, nec non quæcumque jura tam spiritualia, quam temporalia in ecclesias parochiales, confraternitates, beneficia, oratoria ab ipsa jurisdictione pendentia in territorio abbatia Balnensis prædictæ existentia, et ipsius pro tempore abbati tamquam ordinario, et nullius diocesis subjecta, et illius liberæ collationis una cum honoribus, et oneribus quibuscumque tam spiritualibus quam temporalibus, tam de jure, quam ex privilegio, et tam generaliter, quam specialiter jurisdictioni prædictæ adnexis nomine, ac ex mandato prædictis in perpetuum dimisit, renunciavit, ac abdicavit; expresse reservatis dumtaxat favore prædictæ abbatialis ecclesiæ sanctæ Mariæ in Balneo, ejusque monasterii omnibus, et singulis juribus, prærogativis, exemptionibus, et privilegiis ipsi, veluti ecclesiæ matri, et digniori, de jure competentibus.

§. 4. Cum autem renunciationem, ac abdicacionem hujusmodi approbaverimus, ac ratam habuerimus, memoratus Petrus Leopoldus, exponi Nolis nuper fecit, quod cum jurisdictione ordinaria, seu quasi episcopalis abbatia sanctæ Mariæ in Balneo alias competens, ob illius renunciationem, ut præfertur, a monachis ordinis, et congregationis prædictorum sponte factam nunc vacare dignoscatur, illam, ecclesiæ, ac episcopatus Burgi sancti Sepulchri intra cujus diocesis septa prædictæ abbatia territorium consistit, perpetuo uniri, adnecti, ac incorporari summopere desiderat.

§. 5. Nos igitur pro sollicita pastoralis officii Nostri vigilantia anxie curantes, ne propter pastorum viduitatem oves a sanguine Jesu Christi redemptæ a luporum incuribus periculum patiantur, motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ut animabus Christifidelium in parochialibus, cunctisque locis in territorio abbatia prædictæ existentibus,

ac abbatibus sanctæ Mariæ de Balneo alias, quoad ordinariam, et quasi episcopalem jurisdictionem subjectis ecclesiastici regiminis subsidia non desint, eadem ordinaria, seu quasi episcopalis jurisdictione, quæ de præsentibus liberam, et absolutam illius dimissionem, a moderno abbati generali in manibus memorati Caroli archiepiscopi Patracensis Nostri, et Sedis apostolicæ nuncii, ut præfertur, sponte factam, vacare dignoscitur, quæcumque ex uberiori harum serie auctoritate Nostri apostolica confirmamus, acceptamus, ac approbamus, omnesque, quatenus opus sit, et singulos juris, et facti defectus supplementum, eique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, una cum omni facultate, ac potestate judicaria in civilibus, ac criminalibus, cum parochialibus aliis omnibus, et singulis ecclesiasticis confratribus, beneficiis, ac oratoriis, et aliis ecclesiasticis, ac secularibus personis, alias ab ipsa jurisdictione pendentibus, ac in territorio abbatia prædictæ Balnensi existentibus, et ipsius pro tempore abbati tamquam ordinario, et nullius diocesis, alias subjectis, et illius liberæ collationis, una cum honoribus, et oneribus quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus, tam de jure, quam ex privilegio tam generaliter, quam specialiter eidem jurisdictioni adnexis ecclesiæ, ac episcopatus Burgi sancti Sepulchri eadem auctoritate tenore præsentium perpetuo unimus, adnectimus, transferimus, ac incorporamus; ita ut idem separatam territorium, quod jam abbati pro tempore existenti abbatia Sanctæ Mariæ in Balneo subjectum fuit, una cum omnibus suis dependentiis deinceps, et perpetuis futuris temporibus jurisdictioni, superioritati, subjectioni, visitationi, et correctioni, ac potestati modernis, et pro tempore existentis episcopi Burgi sancti Sepulchri subicimus, ac supponimus.

§. 6. Quoniam vero congruum est, ac decet ecclesiam abbatialem prædictam, ejusque monasterium, quod alias prædicta ordinaria, seu quasi episcopali jurisdictione subebatur, privilegiis, ac juribus, et præminentibus ecclesiæ matri, ac digniori frui, nec prærogativæ, ac exemptiones hujusmodi in prædicta jurisdictionis renunciatione sunt comprehensæ; immo expresse reservatæ, propterea harum serie decernimus, ac declaramus, abbatialem ecclesiam, ac monasterium prædictum omni-

Reservations  
speciales, circa  
privilegia, et  
præmuventias.

Facta renun-  
tatione expo-  
stulata æque  
fuit unio eccle-  
siarum.

Indulta pariter  
fuit expostula-  
ta unio.

bus, et quibuscumque juribus, prærogativis, exemptionibus, exceptis, quæ pertinent ad curam animarum, et sacramentorum administrationem juxta dispositionem sacri concilii Tridentini, et privilegiis eidem uti ecclesiæ matri digniori, et illius regionis antiquiori competentibus frui, uti, ac gaudere perpetuis futuris temporibus libere, ac licite possit, ac valeat, prout ei concedimus, et indulgemus. Quocirca memorato Carolo archiepiscopo Patracensi, quem in executorem præsentium literarum Nostrarum deputamus, plenam, liberam, amplam, et omnimodam facultatem, ac auctoritatem ad præmissa omnia, et circa earumdem præsentium executionem, et effectum quomodolibet necessaria faciendi, dicendi, et exequendi, motu, scientia, ac potestate paribus, tribuimus, et impertimur.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 7. Decernentes has præsentis literas, et in eis contenta, et statuta quæcumque etiam in eo, quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel habere pretendentes etiam quomodolibet in futurum, cujusvis status, ordinis, præeminentiæ, dignitatis sint, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad ea minime vocati, vel etiam nullimode, aut satis auditi non fuerint, aut ex alia qualibet etiam læsionis, vel alia juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali sive etiam ex eo, quod causæ propter quas præsentis emanaverint non satis adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, apertionis oris, aut aliud quodcumque juris, et facti, vel justitiæ remedium impetrari posse; sed tamquam ex pontificiæ providentiæ officio, et motu proprio, certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine Nostris, factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissi-

me suffragari: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, ac omnibus, et singulis apostolicis, ac in synodalibus, provincialibusque, et generalibus conciliis editis, vel edendis constitutionibus, nec non dicti ordinis, et congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima augusti anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.



CCXXVII.

Dat. die  
1 septembris  
1779  
Anno V.

Pro regina fidelissima = Exemptio a contributione a Benedicto XIV. super bonis ecclesiasticis imposita pro ædificatione, reparatione, ac ornatu ecclesiarum parochialium civitatis Ulyssipponensis ob terræmotum dirutarum.

Dilecto filio Nostro Ferdinando  
S. R. E. presbytero  
cardinali de Souza e Sylva  
nuncupato patriarchalis ecclesiæ  
Lisbonensis ex concessione, et  
dispensatione apostolica patriarchæ

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster salutem,  
et apostolicam benedictionem,

Proemium

§. 1. In supremo militantis Ecclesiæ solio per ineffabilem divinæ clementiæ abundantiam, meritis licet imparibus, constituti, ac pastoralis sollicitudinis officium, quantum in Domino possumus, omni ex parte implere satagentes, ad ea, per quæ ecclesiarum decus, et ornamentum augeatur, ac ad uberiores divini nominis gloriam, divinus cultus, et Christifidelium pietas in dies multiplicetur, auctoritatis Nostræ partes libenter interponimus, ut in eisdem ecclesiis debita venerationis officia, ea qua par est cura, religione, et reverentia præstentur.

§. 2. Sane, cum propter maximum, horribilemque terræmotum, qui die prima novembris anni MDCCLV. civitatem Ulyssipponensem miserrime vastaverat major, ac melior illius ecclesiarum collegiatarum, ac parochialium pars, aut penitus diruta, ac conflagrata extiterit, ita ut ad divina sacramenta administranda, ecclesiasticaque officia peragenda ecclesias ligneas construere opus fuerit, fel: rec: Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster providentiæ suæ intuitum, ad Christifidelium animarum salutem, divinique cultus decorem dirigens, cum sibi aperte constiterit, haud satis esse, ac sufficere pro earumdem sacrarum ædium reparatione, reædificatione, vel constructione illarum redditus, ac proventus, ac parochianorum, aliorumque Christifidelium elemosinas, supplicationibus sibi pro parte cl: mem: Josephi, dum vixit Portugalliæ, et Algarbium regis fidelissimi porrectis annuens per suas literas in simili forma Brevis die xix. augusti MDCCLVI. ex-

Bull. Rom. Tom. VI

peditas unum subsidium, seu contributionem tertiæ partis omnium, et singulorum fructuum, reddituum, ac proventus, nec non decimarum, censuum, obventionum, emolumentorum, aliorumque jurium, quorumcumque omnium, et singularum ecclesiarum parochialium, dignitatum, canonicatum, præbendarum, cappellaniarum perpetuarum, aliorumque beneficiorum, in perpetuum, vel ad tempus etiam unitorum, etiam jure patronatus quorumcumque principum, et laicorum, etiam ex fundatione, vel dotatione in civitate Ulyssipponensi existentium cum cura, et sine cura sæcularium, simplicium, ac personalem residentiam requirentium, ac similiter omnium, et quorumcumque pensionum annuarum super præmissis ecclesiis parochialibus, dignitatibus, canonicatibus, præbendis, et simplicibus beneficiis reservatis, et infra tempus præfixum reservandis, et assignandis, seu transferendis per quoscumque præpositos, decanos, canonicos, rectores, beneficiatos, clericos, aliasque personas, ad quas spectat, et spectabit, quocumque titulo, ac jure illas obtinentes, et obtenturas, nec non œconomos, et administratores perpetuos, et temporales, usufructuarios, fructus, pensiones, res, et alia jura ad bona hujusmodi ex quacumque causa, quavis auctoritate, in toto, vel in parte concessa, reservata, seu translata habentes, et habituros sæculares cujusvis status, gradus, ordinis, et dignitatis existentes, ad quindecim annos a primâ solutione per commissarium tunc deputatum præfigenda computandos auctoritate apostolica imposuit, ac indixit, prout in ejusdem Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri literis uberius continetur.

§. 3. Cum autem sicut pro parte charissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Francisæ Portugalliæ, et Algarbium reginæ fidelissimæ Nobis nuper expositum fuerit, memoratæ Benedicti prædecessoris literæ nonnullis urgentibus de causis, nisi die xx. junii anni MDCCLXVIII. publicatæ, ac executioni demandatæ fuerint, ac post tanti temporis intercapedinem ad hæc usque Nostra tempora aliæ ex ecclesiis prædictis, quæ penitus dirutæ erant, vel parochorum, aliorumque beneficiorum impensis, vel etiam Christifidelium elemosynis interim reædificatæ, aliæ ita fuerint restitutæ, ut in eis divina officia commode peragi, ac ecclesiastica sacramenta administrari possint, aliæ demum ita consistant, ut nulla, vel fere nulla

Processus portæ pro reformatione Benedictinæ constitutionis.

Memoratur terræmotus, quo die 1 novembris 1755 civitas Ulyssipponensis misere vastata fuit, et quomodo Benedictus XIV. re-stauratimi sacrarum ædificiorum consulit.

reparatione indigeant; ipsa vero Maria Francisca regina ecclesias præfatas, tum illarum dignitates, canonicatus, præbendas, cappellanas, aliaque beneficia a memorata Benedictina contributione, seu subsidio a Nobis aliquo modo eximi, et liberari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Reformationis  
tenor, et ratio

§. 4. Nos igitur, quibus quam maxime cordi est ecclesiasticas personas ab omnibus oneribus immunes semper esse, et tueri, ac pia legata, testatorumque dispositiones omnino adimpleri, easque præterea ab omni contributione, si qua interdum gravissimis ex causis a prædecessoribus Nostris fuerint gravata, quo citius fieri potest liberare, ac piis ipsius Mariæ Franciscae reginae postulatis annuere cupientes supplicationibus hisce desuper Nobis porrectis inclinati, memoratas Benedicti prædecessoris literas in simili forma Brevis expeditas præsentibus pro plene et sufficienter expressas, ac de verbo ad verbum insertas habentes, eas omnes parochiales, et collegiatas ecclesias sæculares, quæ, vel pendente dictarum Benedicti prædecessoris literarum publicatione, et executione, vel ab anno MDCCLXVIII. usque ad hanc diem a suis parochis, vel alias quomodolibet fuerunt interim reædificatæ, ac restauratæ, eas quoque quæ si non omnino ad pristinum decorem fuerunt restitutæ, ita tamen reparatæ extiterunt, ut in eis actu divina sacramenta administrantur, ecclesiastica officia, ac functiones peragantur, et exercentur, ac illas denuo, quæ licet interim nullam reparationem, aut reparationem acceperint, ea tamen indigere non videntur, illarumque omnes rectores, dignitates, canonicos, præbendatos, administratores, vicarios curatos, œconomos, beneficiatos, cappellanos, pensionum reservatarios, cæterosque omnes fructus, redditus, ac proventus ex iisdem ecclesiis quomodolibet percipientes, non obstantibus præfati Benedicti literis, quibus in hac parte dumtaxat per præsentem expresse derogamus, ab omni subsidio, seu contributione tertie partis fructuum, reddituum, ac proventuum quorumcumque ecclesiasticorum, ut præfertur, imposita auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium eximimus, ac liberamus, et exemptas, ac liberas esse decernimus, ac declaramus.

§. 5. Quoniam tamen illæ ecclesiæ, quæ reparatæ fuerunt, ut in eis vix decenter ecclesiasticæ functiones, ac divina officia peragi possint, majorem reparationem ex Benedictino indulto expectant, ideo ut aliquam subsidii partem in publicum bonum, ac commodum spirituale conferant æquitati, ac justitiæ consonum est. Hinc de Nobis attributæ divinitus potestatis plenitudine, ut ecclesiæ præfatæ omnes, et singulos fructus, redditus, proventus, nec non emolumenta, ac obventiones quascumque ad easdem ecclesias pro orphanarum dotibus ex eleemosynis, questibus, vulgo *mercerias*, aliisque piis operibus hujusmodi, non autem promissarum celebratione, aut sacramentorum administratione quomodolibet spectantia in earumdem ecclesiarum parochialium, et collegiatarum sæcularium omnimodam reparationem, ac reedificationem, usque dum ipsæ penitus reparatæ, ac decenter ornatae fuerint, conferre teneantur harum serie constituimus, et ordinamus, et ad hunc effectum quorumcumque testatorum, etiam ultimam voluntatem, aut aliam quamcumque piam dispositionem pro eo tempore tantum commutamus.

Consultur de  
finalivæ restau-  
rationi ædifi-  
ciorum assigna-  
tis ad hoc non-  
nullis subsidiis

§. 6. Quocirca de tua eximia pietate, fide, prudentia, integritate, charitate, rerum usu, christianæque religionis studio plurimum in Domino fiduciam habentes, circumspeditioni tuæ, ac pro tempore existenti patriarchæ ecclesiæ Lisbonensis præfatæ jam in commissarium, seu executorem suarum literarum a memorato Benedicto prædecessore electo committimus, ac mandamus, ac facultates in præmissis necessarias, et opportunas tribuimus, et impertimur, ut in præmissis a solutione tertie partis omnium, et singulorum fructuum, reddituum, proventuum, decimarum, censuum, obventionum, et emolumentorum, ac jurium hujusmodi, ac quarumcumque pensionum reservatarum, vel reservandarum illarum ecclesiarum parochialium, vel collegiatarum sæcularium, quæ vel jam reædificatæ existunt, vel ita restitutæ, ut non impeditur quominus divinus cultus exercentur, vel etiam illarum, quæ nulla reparatione indigent, omnes rectores, administratores, vicarios curatos, œconomos, præbendatos, beneficiatos cum cura, et sine cura sæculares, residentiam personalem habentes, et non habentes, cappellanos perpetuos, ac pensiones annuas, seu fructus, redditus, et proventus certos lo-

Deputatio com-  
missarii apo-  
stolici pro im-  
plemento con-  
stitutionis.



co' pensionis percipientes, ac pensionum prædictarum reservatarios pro constructione, reædificatione, refectione, et decenti ornatu ecclesiarum parochialium, et collegiatarum sæcularium a memorato Benedicto prædecessore, ut præfertur, ad quindecim annos impositam, auctoritate Nostra apostolica eximas, ac liberes, ac exemptos, immunes, ac liberos esse decernas, atque declares, ipsinsque tertiæ partis ratas, et portiones per ecclesiasticos commissarios, collectores, et executores a se juxta formam Benedictiæ concessionis constitutos, et deputatos a præfatis omnibus personis, vel quibuslibet earum exigi, ac levare neququam permittas.

Describuntur  
aliæ præstatio-  
nes colligende  
a parochiali-  
bus, et colle-  
giatis ecclesiis.

§. 7. Ut insuper non obstantibus præmissis ad solutionem tamen fructuum, reddituum, proventuum, nec non emolumentorum, et obventionum quarumcumque pro orphanarum dotibus ex elemosynis, quæstuis, vulgo *mercerias*, aliisque piis operibus hujusmodi, non autem pro missarum celebratione, aut ex sacramentorum administratione provenientium eas omnes parochiales ecclesias, et collegiatis, quæ licet ita sint restitutæ, ut in eis ecclesiasticæ functiones, ac divina officia peragi possint, nondum tamen sunt sufficienter reparatæ, ac decenter ornatæ, illarumque omnes rectores, et administratores, vicarios curatos, economos, præbendatos, beneficiatos, cappellanos perpetuos pro constructione, reædificatione, refectione, ac decenti ornatu ecclesiarum parochialium, et collegiatarum sæcularium pari auctoritate cogas, et compellas, dictorumque proventuum quantitates, et summas per eosdem ecclesiasticos commissarios, exactores, collectores, et executores, ut præfertur, deputatos, in mensam nummulariam ad formam Benedictini indulti deponendas a præfatis omnibus, aliisque quibuslibet ad quos spectat, et spectabit cujuscumque qualitatis, status, gradus, ordinis, præeminentiæ, conditionis, et dignitatis, ac quocumque privilegio, immunitate, et exemptione reali, personali, et mixta, quamtumlibet antiqua, et pacifica, nec unquam interrupta, ac libertate suffulti, seu alias specifica, et individua mentione, et expressione digni existant, omni, et quacumque appellatione, exceptione, reclamatione recursu, excusatione, et tergiversatione remotis, tam conjunctim, quam divisim ad veram, realem, ac actualem solutionem hujusmodi sine ulla mora faciendâ oppor-

tunis modis, juris et facti remediis, etiam per censuras ecclesiasticas dicta auctoritate compellas, et cogas.

§. 8. Nos enim circumspeditioni tuæ, sen pro tempore existenti patriarchæ Lisbonensi prædicto omnes itidem facultates necessarias, et opportunas harum serie tribuimus, quoscumque contradictores, perturbatores, molestatores, et rebelles in præmissis tibi parere recusantes, eisque auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quovis quæsito colore præstantes, gradus, ordinis, et conditionis fuerint, censuris, et pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis in causam expensarum pro reædificatione, reparatione, et omnimoda constructione, ac ornatu ecclesiarum hujusmodi necessario faciendarum applicandis, cæterisque juris, et facti remediis opportunis cogendi, et compellendi, ac compescendi, ipsasque censuras etiam iteratis vicibus aggravandi, ac illos parochialibus ecclesiis, dignitatibus, canonicatibus, præbendis, cappellaniis, ac beneficiis hujusmodi per eos obtentis privandi, et ab eis amovendi, et ad alia in futurum obtinenda inhabiles faciendi, ac declarandi, interdictum ecclesiasticum apponendi, auxilium brachii sæcularis quancumque opus fuerit invocandi, et ad sanitatem vero reversos, qui debite satisfecerint, ab omnibus, et singulis censuris, et pœnis supradictis in forma Ecclesiæ consuetæ absolvendi, ac cum iis super irregularitate per eos ea de causa contracta dispensandi, eosque rehabilitandi, et ad pristinum statum restituendi.

Pœnis contra  
perturbatores,  
ac molestatores  
et rebelles

§. 9. Volumus autem, ut penitus resectis, et reparatis ecclesiis parochialibus prædictis, fructus, redditus, ac proventus dictorum legatorum piorum in illorum executionem juxta testatorum ultimas voluntates, ac alias pias dispositiones denuo applicentur, et applicatos esse intelligantur.

Precipitur ut  
reparatis eccle-  
siis impleantur  
in omnibus tes-  
tatorum volun-  
tates.

§. 10. Decernentes omnia, et singula per te, seu commissarios tuos in præmissis juxta earumdem tenorem præsentium faciendâ, gerendâ, dicendâ, et mandandâ, validâ, firmâ, et efficaciâ existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et spectabit in futurum cujuscumque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, et dignitatis existant inviolabiliter observari, et adimpleri debere, neque ipsas præsentis literas etiam ex eo quod in præmissis quomodolibet interesse ha-

Clausula sala-  
tares.

bentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas eadem præsentis literæ emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque etiam quantumvis juxta, legitima, pia, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis etiam formali, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu intentato, aut etiam motu proprio, ac de apostolicæ potestatis plenitudine concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare unquam posse.

Decretum irritans.

§. 11. Sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 13. Non obstantibus omnibus, et singulis præmissis a f. r. Bonifacii pp. VIII. prædecessoris etiam Nostræ de una, et concilii generalis de duabus dietis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum parochialium, et collegatarum huiusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, ac usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eisdem ecclesiis, et capitulis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, nec non ultimis voluntatibus, ac piis dispositionibus quorumcumque testatorum etiam si pro sufficienti illorum derogatione de il-

lis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac amplissime, et plenissime derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Modum ad ecclesiasticos.

§. 13. Cæterum circumspectioni tuæ demum injungimus, et mandamus, ut omnes ecclesiasticos, quorum ecclesiæ, vel nullum damnatum ex memorato horribili terræmotu persenserunt, vel jam reedificatæ, et reparatæ fuerunt, quæque harum serie ab omni subsidio, et contributione a memorato Benedicto prædecessore Nostro indicta immunes, ac liberæ existunt, in Domino hortaris, ut superextantes eorum ecclesiastici redditus in hoc publicum bonum, ac spirituale commodum ecclesiarum parochialium sæcularium reedificationis libenter erogare non desinant.

§. 14. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die i. septembris MDCCLXXIX. pontificatus Nostræ anno quinto.

Fides habenda transumptis.



CCXXVIII.

Dat. die  
18 septembris  
1770.  
Anno V.

Confirmatio decreti congregationis sacrorum Rituum pro elevatione ritus festi s. Philippi Nerii ad duplicem secundæ classis sine octava quoad clerum sæcularem tantum civitatis, et diœcesis Mexicanæ pro rege catholico.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio præ-  
cumb.

§. 1. **D**esiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur animo Nos decet libenti petentium desideriis congruum suffragium concedere, ut videlicet fidelis devotio celerem sortiatur effectum, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Sane pro parte charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis nuper expositum fuit, quod alias nempe die vi. februarii MDCCLXXVIII. Nos ejusdem regis catholici supplicationibus inclinati ob maximam vigentem devotionem in civitate, et diœcesi Mexicana erga s. Philippum Nerium congregationis Oratorii fundatorem diem festum ejusdem ad ritum duplicem secundæ classis sine octava, quoad clerum dictæ civitatis de consilio venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sacris ritibus præpositorum elevavimus, prout ex decreto tenoris, qui sequitur, videlicet.

Tenor decreti  
editi a sacra  
congregatione  
Rituum.

§. 2. Mexicana = Cum in civitate, et diœcesi Mexicana maxima vigeat devotio erga s. Philippum Nerium congregationis Oratorii fundatorem, Joseph Nicolaus de Azara nomine catholicæ majestatis regis Hispaniarum sanctissimo Domino Nostro Pio papæ VI. enixas porrexit preces pro extensione ad clerum dictæ civitatis, et diœcesis Mexicanæ officii proprii, et missæ prædicti sancti sub ritu duplicis primæ classis cum octava, prout die iv. septembris MDCCXLV. approbatum fuit pro congregationibus Oratorii ejusdem s. Philippi Nerii regni Portugalliæ, et Algarbiorum; et Sanctitas Sua ad relationem r. p. Dominici de s. Petro fidei promotoris ex speciali gratia, nunquam in exemplum trahenda, benigne annuit pro elevatione ritus festi s. Philippi Nerii ad duplicem secundæ classis sine octava quoad clerum sæcularem tantum civitatis, et diœcesis Mexicanæ: contrariis

quibuscumque non obstantibus. Die vi. februarii MDCCLXXVIII. = A. card. Marefusus præfectus (sigillum).

Confirmatio  
apostolica ejus-  
dem decreti

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, memoratus rex catholicus decretum hujusmodi, quo firmitus subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio per literas in simili forma Brevis communiri summopere desideret. Nos piis ejusdem regis catholici votis annuere volentes, ac clerum præfatum, ejusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus quoque super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum decretum auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eique apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

§. 4. Decernentes has præsentis literas firmas, validas, et efficaces perpetuis futuris temporibus existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus in perpetuum sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ diœcesis Mexicanæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter

Derogatio con-  
trariorum.

et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xviii. septembris MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.

## CCXXIX.

Dat. die  
18 septembris  
1779  
Anno V.

Pro rege christianissimo = Indultum clero sæculari civitatis et diœcesis Maxicanæ recitandi, ac respective celebrandi officium, ac missam propriam sancti Philippi Nerii alias congregationibus Oratorii regnorum Hispaniarum concessam pro die festo tantum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Prioris concessionis et novæ petitionis tenor exponitur.

§. 1. Ad hoc in apostolicæ Sedis cathedra disponente Domino constituti esse intelligimus, ut justis postulationibus liberiori animo præbeamus assensum, et quos devotiores ad Nostrum obsequium, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremio specialius adhærere cognoscimus, familiarius curemus. Alias siquidem nempe die vi februarii MDCCLXXVIII. supplicationibus charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici inclinati, diem festum sancti Philippi Nerii, quoad clerum sæcularem civitatis, et diœcesis Mexicanæ ad ritum duplicem secundæ classis sine octava elevavimus. Cum autem pro parte memorati Caroli regis catholici nuper Nobis expositum fuerit, ut officium proprium, ac missam ejusdem sancti Philippi alias patribus congregationis Oratorii in regnis sibi subjectis die xxv februarii MDCCLVIII. concessam ad eundem clerum sæcularem civitatis, et diœcesis Mexicanæ extendatur, plurimum desiderare; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Ampliatio concessionis

§. 2. Nos igitur piis ejusdem Caroli regis catholici votis annuere cupientes, ac clerum sæcularem præfactum, ejusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel

causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum consilio, ut in die festo tantum dicti sancti Philippi Nerii officium, et missam propriam alias, ut præfertur, patribus congregationis Oratorii regnorum Hispaniarum concessam in perpetuum recitari, ac respective celebrari libere, ac licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica harum serie concedimus, et impertimur.

§. 3. Decernentes has præsentis literas, firmas, validas, et efficaces perpetuis futuris temporibus existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus in perpetuum sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ diœcesis Mexicanæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hæc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xviii. septembris MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

CCXXX.

Dat. die  
20 septembris  
1779  
Anno V.

**Damnatio, et prohibitio libri Germanico idiomate editi, et in duas partes divisi, cui titulus: *Johann Lorenz Isenbiehl's neuer Versuch über die Meissagung vom Emmanuel. 1778* qui latine sic se habet = *Joannis Laurentii Isenbiehl's novum tentamen in prophetiam de Emmanuele* =.**

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

**§. 1.** **D**ivina Christi Domini voce admoniti, etsi non ignoramus necesse esse, ut veniant scandala, falsosque prophetas ad fidei morumque integritatem labefactandam idem ipse veritatis magister edixit identidem extituros; cum tamen hæc eadem divinitus prænnunciata huic maxime tempori nimium, et vere congruere intelligimus, incredibili quodam sensu doloris intime afficimur.

**§. 2.** Dolemus autem majorem in modum, quod ex iis ipsis, qui catholicam religionem profitentur, non desint errorum magistri, qui profanis novitatibus indulgentes, dum terminos transiliunt, quos patres Nostri posuerunt, a via veritatis deflectunt, et domestici fidei cum sint, seu potius videri velint, apertis hostibus adjungere se non ventur, eisdemque ad impietatis propugnationem nova veluti subsidia, et adjumenta suppeditare: hi scilicet prædicti sunt, qui veniunt ad vastandum gregem, tecti vestimentis ovium, eo deteriores, quo sunt ad nocendum aptiores.

**§. 3.** Hinc commovemur etiam christianæ plebis periculo, cujus fidei innocentiae, laqueos, insidias, fraudes omni ex parte comparari animadvertimus. *Nam ad quæ jam grex sanctus septa confugiet, si intra ovilia Ecclesiae saucietur?* Id tum sæpe alias, tum maxime præcipua quadam ratione hisce præteritis mensibus experti sumus, cum ad aures Nostras allatum est superiori anno teterrimum librum prodiisse Germanico idiomate conscriptum, ex quo maxima christiano populo, certissimaque perniciës impenderet. Is autem liber hunc titulum Germanice præfert = *Johann Lorenz Isenbiehl's neuer Versuch über die Meissagung vom Emmanuel* = qui latine redditus sic habet = *Joannis Laurentii Bull. Rom. Tom. VI.*

*Isenbiehl's novum tentamen in prophetiam de Emmanuele 1778.*

**§. 4.** Mirum dictu quantam liber iste, statim atque vulgari cœpit, honorum omnium indignationem commoverit, mirantium ab homine sacris addicto tantam errorum labem in tam exiguum opus conjici potuisse, tum etiam dolentium non id tantum agi, ut veneni particulam, qui legant, per imprudentiam hauriant; sed eo totam infelicis tentaminis summam spectare, ac ducere, ut posthabita patrum auctoritate, quos Ecclesiæ suæ Deus doctores dedit ac pastores, novis, peregrinis, atque a privato, depravatoque spiritu profectis explicationibus divina oracula pervertat, fideliumque mentes a salutaribus pascuis abductas, quæ Salvatoris fontibus irrigantur, in spinosa, ac venenata dumeta conjiciat. Sane cum ad divini verbi puritatem conservandam, et a petulantibus ingeniis vindicandam Tridentini patres decreverint, ut in rebus ad fidem, et mores pertinentibus nemo sacram Scripturam contra eum sensum, quem tenuit, ac tenet Sancta Mater Ecclesia, aut etiam contra unanimum consensum patrum, interpretari audeat, querebantur non eo decreto coerceri potuisse procer hominis ingenium; sed eo temeritatis, et insanitæ progressum esse, ut saluberrimam regulam, nec sine divini Spiritus ope constitutam, fallacibus commentis eludere, seu verius in discrimen, et contemptum adducere niteretur. Maxima vero se prodidit catholicorum offensio, cum prædicari audierunt propheticum oraculum de divino Emmanuelis ortu ex virgine non ad virgineum Deiparæ partum, quem prophetæ omnes annuntiaverunt, non ad verum Emmanuelem Christum Dominum ullo sensu sive literali, sive typico pertinere: cumque s. Matthæus insigne istud vaticinium in illo mirabili pietatis sacramento adimpletum expressis verbis testetur, hoc tamen ipsum non ut oraculi adimplementum, sed ut adnotationem meram, vel allusionem a sancto evangelista memorari. Qua in re horruerunt piæ aures scripturam simul, et traditionem, qualis perpetuo ex unanimi patrum consensu ad nos pervenit, per summam impudentiam labefactari.

**§. 5.** Quæ cum ad Nos multorum literis, et querelis deferrentur, succurrit animo quod jam olim querebatur *Leo magnus epist. synod. ad Flavianum, = in hanc eos insipientiam cadere,*

Pravitas, et perfidia libri memoratur.

Levitas consilii ss. Patrum testimonio detegitur.

Proœmium.

Damnatur in genere omnes errorum magistri

Novum librum teterrimum pontifex appellat.

qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas literas, nec ad evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt = Certum est autem, quod pridem edixerat s. Coelestinus, scribens ad Cler. et popul. Constantinopolitanum = Quia tales sermonum novitates de vano gloriæ amore nascuntur: dum sibi nonnulli volunt aucti, perspicaces, et sapientes videri, quærunt quid novi proferant, unde apud animos imperitos temporalem acuminis gloriam consequantur.

Laudatur sollicitudo antistitum Germanicorum, qui librum damnarunt, et sanctæ Sedis iudicium exquisiverunt.

§. 6. In his porro ærumnis, et periculis non parvam Nobis mœroris levationem attulit pia sollicitudo, atque invictum robur præclarissimorum inclytæ Germanicæ gentis antistitum, qui primum nil intentatum reliquerunt, quo opportunis sive hortationibus, sive damnationibus, adscitis etiam doctissimorum undique virorum sententiis, gliscenti malo medicinam adhiberent, et inimicis prædicationibus resisterent. Deinde cum eorum prudentiam non lateret eam esse antiquæ regulæ formam toto semper orbe servatam, quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent, (et præsertim quoties fidei ratio ventilatur, omnes fratres, et coepiscopos Nostros nonnisi ad Petrum, idest sui nominis, et honoris auctorem referre debere, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse) illi orthodoxorum patrum exempla secuti rem totam ad Nos mature deferre non prætermiserunt, enixis insuper precibus contendentes, ut Nostrum super pestilenti libro iudicium interponeremus, quo tutius et efficacius apostolica auctoritate insana illi opinandi licentia comprimeretur, et imminetia catholice religioni pericula propellerentur.

Gratiarum actio erga Deum

§. 7. Quibus in precibus cum præstans pietatis, ac veritatis studium deprehenderemus, gratias egimus Patri misericordiarum, ac Deo totius consolationis, qui hoc eximio sæ largitatis beneficio consolari Nos voluit in hac tribulatione Nostra, eaque lætitia perfundere, qua exultat Ecclesia, cum pastores eam, quam debent, gregibus suis sollicitudinem impendunt.

Tenor damnationis.

§. 8. Nos itaque pro apostolico munere, quo licet immeriti fungimur, et animas pretioso Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi sanguine redemptas pastoralis charitate, quantum Nobis ex alto conceditur, ab omni erroris, et impietatis contagio immunes reddere cu-

piantes, prædictum librum latino primum, et italico item sermone versum diligenti, et accuratori præclarorum in sacra theologia magistrorum examini, et censuræ subijci mandavimus, uti rei gravitas postulare videbatur; subindeque doctissimorum virorum habitis consultationibus, auditisque semel atque iterum suffragiis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium in tota republica christiana adversus hæreticam pravitatem generalium inquisitorum, coram Nobis adstantium, motu proprio, et ex certa scientia Nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine antedictum librum *Johannis Laurentii Isenbielhs novum tentamen in prophetiam de Emmanuele 1778.*, in duas partes divisum, absque ulla loci significatione, et legitima approbatione typis impressum, tamquam continentem doctrinam, et propositiones respective falsas, temerarias, scandalosas, perniciosas, erroneas, hæresi faventes, et hæreticas damnamus, ac pro damnato, et reprobato in perpetuum haberi volumus, atque decernimus.

§. 9. Mandamus insuper, ne quisquam ex Christifidelibus cujuscumque gradus, et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, librum prædictum jam typis editum, sive manu conscriptum, vel in suo originali, vel in quacumque alia versione legere, retinere, vel denuo imprimere, seu imprimi facere audeat, aut præsumat sub pœna suspensionis a divinis quantum ad personas ecclesiasticas; quantum vero ad personas sæculares sub pœna excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus reservamus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, mortis articulo, quo nimirum quilibet confessarius ab hujusmodi censura, ut præfertur, incursa absolvere poterit.

Prohibitionis tenor.

§. 10. Præcipimus quoque bibliopolis, ac typographis, ceterisque omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis, personis ecclesiasticis, et sæcularibus etiamsi speciali, et individua mentione indigeant, ut quatenus prædictus liber, vel in suo originario, vel in quocumque idiomate impressus, vel etiam manuscriptus ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur ordinariis locorum sub eisdem suspensionis a divinis commi-

Præcipitur omnibus ut librum ad ordinarios deferant.

natis pœnis, ac respective excommunicationis.

Monitum pro  
eis qui abalienari se passi  
sunt.

§. 11. Reliquum est, quod votis omnibus exoptamus, et humili prece a Deo petimus, ut qui humana instabilitate abalienari se passi sunt, ac circumferri omni vento doctrinæ, scripturas depravantes in suam, et aliorum perditionem, divina opitulante gratia, in viam, et ad cor redire non moventur, ac voci Ecclesiæ docibiles effecti in ejus sinum recurrant, perma-  
nenter excipiendi. Loquimur cum *Cælestino ad Cyrill.* = *Studeo quieti catholicæ, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit ægritudinem confiteri; quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere forsitan deesse videamur* = Et ut *S. Leo ad Pulcheriam* habet = *Sedis apostolicæ moderatio hanc temperantiam servat, ut et severius agat cum obduratis, et veniam cupiat præstare correctis.*

Publicatio  
literarum præcipitur, et fides  
habenda transumptis.

§. 12. Ut autem eædem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam prætexere possit, volumus, et mandamus, illas ad valvas basilicæ Principis apostolorum, et cancellariæ apostolicæ, nec non curiæ generalis in monte Citorio, et in acie Campi Floræ de urbe per aliquem ex cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui; sic vero publicatas perinde afficere omnes et singulos, quos concernunt, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent. Ipsarum autem literarum præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem fidem tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, et ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub aucto piscatoris die xx septembris MDCCLXXIX., pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXXI.

Facultas erigendi custodias in America septemtrionali, supplicante rege catholico.

Dat. die  
17. novemb.  
1779  
Anno V.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**xposuit Nobis pro parte charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, ejus apud Nos, et hanc sanctam Sedem orator dilectus filius nobilis vir Hieronymus dux de Grimaldi fr. Antonium a Regibus sacerdotem expresse professum ordinis minorum s. Francisci de observantia, dum in America septemtrionali missionarium, ac missionum præfecti munere perfunctum, in Hispaniam reversum, præter cætera, in scriptis quoque retulisse plura, eaque gravissima incommoda, quibus laborant missiones de Caliphornia, Monterey, Sonora, Pimeria superiori, et inferiori, Cinaloa, Nova Cantabria, Parral, Chiguagna, Turumaras, novoque Mexico. Dum enim præter religiosos ex ordine Prædicatorum, qui missionum hujusmodi in Caliphornia curam habent, cæteri omnes missionarii ex præfato ordine s. Francisci de observantia sex ejusdem ordinis superioribus subjiciuntur, qui inter se, atque a provinciis, et missionibus, in quibus eorum subditi in vinea Domini operantur longissime distant, ex hujusmodi capitum diversitate, et stationum distantia nonnulla discrimina mandatorum repugnantiam, aut impotentiam cognoscendi, puniendi, et missionariorum abusus corrigendi cum religionis, et catholicorum damno accidisse compertum est, prout etiam perturbationes molestas ipsos inter missionarios exortas ex æmulationibus inter eosdem excitatis circa modum regendi missiones, et sacramenta administrandi ob varietatem, ac diversas prælatorum sententias, ex quo fit, quod licet missionarii eundem ordinem profiteantur, tamen inter se dissentiant, atque scindantur, et a sinceræ fraternitatis regulis abhorrent in catholicorum ruina, et scandalum, et infidelium conversionis detrimentum.

Exponitur status missionum in America septemtrionali christianorum.

§. 2. Cum eodem autem scandalo, ac detrimento frequentiores esse æmulationes inter parochos sæculares ob emolumenta parochialia, ad quæ conservanda tanto interdum impetu pro-

Memorantur in commoda obedientia pro executione emolumentorum parochialium.

cedunt, contententes sibi debere hujusmodi obventiones ab Indis, gentibusque rationalibus nuncupatis, vagis, aut forensibus, qui in illis orti provinciis ad habitandum se conferunt ad pagos, ubi missionarii gratis, ac sine stipendio spiritualia ministrant, ut nequaquam se contineant contumeliosi, injuriisque missionarium eos in suis pagis recipientem insectari, sed ulterius, habito ad vicarios episcopales recursu, extortisque inde mandatis executores mittant, qui suo arbitrio ab invitis exigunt emolumenta; ex quo fit, ut frequenter miseræ illæ gentes, aut de una ad aliam transmigrare provinciam, aut ad montes confugere cogantur, ne obventionum, aut emolumentorum hujusmodi executorum oppressiones sentiant; unde etiam evenit quod eadem gentes determinatam, fixamque non habeant residentiam. Nec minoris, imo majoris fortasse ponderis esse causas, ob quas Indi suorum quoque missionariorum spirituales curas, et pagos abhorrent. Cum enim gratis, et sine stipendio curam exercent, sub prætextibus tamen, aut construendi, aut ornandi ecclesiam, vel ipsorum Indorum incapacitatis se ipsos in æconomicis regendi, eos personalibus, diversisque gravant servitutibus, unde vitam sine libertate agere, ac prædiis, domibus, bonisque propriis sensim expoliari conspiciuntur.

Quid conferri, nosset ad mala hujusmodi renovanda exponitur.

§. 2. Condidisse quidem ad hujusmodi mala renovanda nonnulla salubria statuta Josephum de Galvez visitatorem olim generalem novæ Hispaniæ, sed eodem vix e provincia egresso, res ita in pejus cecidisse, ut haud pauci missionarii tot perturbationum tædio affecti nihil opportunius judicaverint, quam nonnullas ex missionibus, quibus incumbebant, dimittere, et ad propria collegia redire. Unicum itaque tot malis remedium superesse, si juxta formam apostolicarum constitutionum pro collegiis missionariorum de propaganda fide in septentrionali America pridem erectis editarum, et præcipue a fel: rec: Innocentio pp. XI. prædecessore Nostro per suas in forma Brevis expeditas literas incipientes = Ecclesiæ catholicæ = dat die xvi. Octobris MDCLXXXVI. nonnullæ, ac diversæ juxta temporis ac locorum necessitatem efformentur fratrum minorum s. Francisci de observantia custodiæ, unaquæque a suo peculiari custode in regulari disciplina, et independenter a ministris provinciarum, dictorumque collegiorum guardianis gubernanda, quæ

tamen provinciæ, atque collegia fratrum numerum functionibus exercendis necessarium subministrare teueantur, qui ad respective destinatas missiones perventi a præstanda suis prælatis, sive ministris, sive guardianis præfatis obedientia deinceps exempti sint, illiusque districtus custodi omnino subjiciantur. Hujusmodi autem custodiæ divisæ, ac distributæ sint in præfatis provinciis, aliisque locis, seu terris, in quibus pro infidelium conversione, catholicæ religionis augmento, et ipsorum catholicorum in sancta religione conservatione magis expediri visum fuerit. Ad hoc autem, ut custodiæ omnes erigendæ ea, qua decet, rectitudine instituantur, ac gubernentur condenda esse regularia statuta, quoad fieri poterit uniformia statuta, usibusque collegiorum ad fidei propagationem, prout in relatis Innocentii pp. XI. apostolicis literis præscribitur, et potissimum, quod dictarum custodiarum religiosi, tamquam veri missionarii apostolici eisdem gratiis, et privilegiis per summos pontifices, regesque catholicos supradictis collegiis concessis valeant gaudere. Quoniam vero custodes in centro dictarum provinciarum constituendi a suis subditis in pluribus, remotisque missionibus paragendis occupatis adeo dissiti reperiuntur, ut illorum mores, ac rectum missionum exercitium inquirere, et super illis invigilare nequeant, congruum, et opportunum existimatur superiores, inferiores, vicarios seu præsides nuncupandos, dictis custodibus semper subjectos constituere, qui propius omnia possint sedulo perscrutari, ac perscrutata proprio custodi referre; ideoque in principali cujusque provinciæ loco hujusmodi constituendus erit unus vicarius, cui immediate subsint sui districtus missionarii. In unaquaque itaque custodia congruus vicariorum assignandus erit numerus, quorum, et custodum officia ad triennium sint duratura, quo absoluto custodes, et vicarii tamquam vocales capitulariter congregati alios in novos custodes, et vicarios, juxta ordinis constitutiones, et statuta eligere debeant. Ad hujusmodi autem custodiarum, et vicariatuum stabilitatem necessarium videri, ut in principali loco, ubi quælibet custodia erit collocanda, hospitium, aut comoda instruat donns, cui sex, aut quot ex gratuitis fidelium elemosinis datum fuerit ali posse, destinentur religiosi, ibique custodes, aut eorum vicarii ad habitum ordinis suscipiendum,



nec non regularem professionem emittendam, quos a Domino cognoscent vocatos, valeant recipere: ita ut novi veteribus missionariis, et in erigendis deinceps missionibus operarii, subrogari, senesque, et valetudinarii, qui laborem graveque conversionum pondus ulterius nequeant sustinere, in domo hospitii tutum habeant receptum, ubi dies suos absolvant. In principali etiam loco, ubi præsens, seu vicarius suam præficiet residentiam, alia quoque domus, vel hospitium cum tribus, aut pluribus ibi commode alendis religiosis, modo superius expresso, et ad eundem finem poterit institui, negata tamen facultate admittendi ad habitum, et professionem, quæ penes custodem tantum tamquam superiorem erit remanens. Hujusmodi autem custodiarum erectionem cum idem serenissimus rex, audito suo Indiarum consilio, præsentissimum, atque opportunissimum malis avertendis, et religioni augendæ in memoratis provinciis remedium esse intellexerit, Nobis regio nomine humiliter supplicari fecit, ut auctoritate apostolica dictas missionariorum ordinis custodias, juxta modum; et formam, ac in locis superius expressis, erigere, erectisque omnes gratias, et privilegia missionariis collegiorum ad fidei propagationem concessa impertiri dignareremur.

§. 4. Nos qui pro injuncti apostolatus officio præstantem istam religiosissimi, ac vere catholici principis regis pietatem non modo complecti, sed omnibus etiam gratiis, et favoribus prosequi cupimus, effusasque regii sui ærarii largitiones in novis episcopatibus, et missionum præfecturis erigendis magnopere in Domino commendamus, audito venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum voto, Nobis per dilectum filium Stephanum Borgia dictæ congregationis secretarium exhibito, deque apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, prædictarum custodiarum, quotquot necessariæ, aut opportune eidem serenissimo regi visæ fuerint, erectiones in memoratis Americæ septentrionalis provinciis, videlicet de Caliphornia, Monterey, Sonora, Pimeria superiori, et inferiori, Cinaloa, Osimuri, nova Cantabria, Parral, Chiguagua, Turumaras, novoque Mexico, salvis tamen juribus episcoporum de Guadalaxara, de Durango, et de Sonora tam ordinariis, quam delegatis,

modo et forma quibus supra, fieri concedimus, et indulgemus; erectisque omnes gratias, et privilegia missionariis collegiorum ad fidei propagationem hactenus concessa, tribuimus, et impertimur; curam demandantes religioso viro fratri Emmanueli de la Vega commissario generali Indiarum condendi formam regiminis istarum custodiarum, et statuta in iis observanda, quæ interim vim suam obtineant, donec comitia generalia ordinis celebrentur, ubi examinari, et approbari debent, salva semper memoratæ congregationis de Propaganda Fide auctoritate ea augendi, seu moderandi, quatenus apud fuerit, et magis in Domino expedire videbitur.

§. 5. Volumus autem, ut tam præfate custodiæ, quam hospitia in iis condenda, quoad regimen nullius provincie sint, et superiori generali illarum partium, in quibus fuerit, immediate subsint. Præfate autem serenissimo regi, ejusque successoribus facultatem tribuimus deputandi personas ecclesiasticas idoneas sibi benevisas, quæ apostolicas hasce Nostras literas executioni demandare faciant, decernentes quod statim ac unaquæque ex supradictis custodiis erecta, et instituta fuerit, per præfatum regem ministro generali dicti ordinis pro tempore existenti communicetur.

§. 6. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, aliosque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritam et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis,

*Custodie erigenda declarantur nullius diocesis de jurisdictione regis catholici.*

*Clausula sublatæ et decretum irritans.*

*Derogatio constitutionum.*

*Erectio custodiarum, cum privilegiis concessis collegiis missionariorum.*

confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda  
transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xvii novembris MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXXII.

Dat. die  
24 novembris  
1779.  
Anno V.

Confirmatio concordie initæ super exercitio ecclesiasticæ jurisdictionis in territorio Corbejensi inter episcopum Paderbonensem, et abbatem monasterii ss. Viti, et Stephani Corbejensis, ordinis s. Benedicti congregationis Bursfeldensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Premium

§. 1. **D**um universi gregis Domini curam imbecillitati Nostræ commissam ex apostolicæ Sedis fastigio majori, qua possumus, vigilantia, et sollicitudine administrare satagimus, ad ea potissimum, quæ pro personarum quarumlibet præsertim ecclesiastica qualitate, et dignitate pollentium quiete, et tranquillitate fovenda, et conservanda admodum apta, ac idonea dignoscuntur, libenti animo intendimus, ac iis, quæ vicissim provide, prudenterque per concordie ministerium ordinata esse comperimus, ut illa firma persistent apostolici muniminis robur adjicimus, prout in Domino magis expedire arbitramur.

Expositio præ-  
cum porrecta-  
rum ab episco-  
po Paderbo-

§. 2. Nuper siquidem pro parte venerabilis fratris Guillelmi Antonii episcopi Paderbonensis, et dilecti filii Theo-

dori moderni abbatis monasterii sancto-  
rum Viti, ac Stephani Corbejensis ordi-  
nis s. Benedicti congregationis Burs-  
feldensis expositum Nobis fuit acerrimas  
inter ipsos, eorumque respective præ-  
decessores jampridem viguisse lites, at-  
que judiciales controversias super eccle-  
siasticæ jurisdictionis exercitio in Corbe-  
jensi territorio in diversis tribunalibus,  
ac etiam in palatii Nostri apostolici can-  
sarum auditorio. Animarum vero curæ  
sibi concreditarum salus, divini cultus  
in locis maxime principibus acatholicis  
finitimis augmentum, ac pacis,  
tranquillitatisque studium, quo ipsi Deo  
sic dante flagrant, effecit, ut resecatis  
hinc inde omnibus parium querelis,  
ac controversiis quies tandem sit resti-  
tuta spe concordie, quæ unanimitatis  
consensu capitulorum ecclesiæ Paderbonen-  
sis, ac respective dicti monasterii sub  
nonnullis pactis, renunciationibus, et  
reciprocis cessionibus inita fuit juxta te-  
norem, qui sequitur nempe.

Tenor initæ  
transactionis.

§. 3. Nos Guillelmus Antonius Dei  
gratia episcopus Paderbonensis Sac. Rom.  
Imperii princeps comes Pyrmontanus  
etc. Nos Theodorus ejusdem gratia abbas  
liberæ, et imperialis ecclesiæ Corbe-  
jensis Sac. Rom. Imperii princeps etc.  
Agnoscimus, et notum facimus, qua-  
liter inter prædecessores nostros episco-  
pos, et principes Paderbornenses ex una,  
et abbates principes Corbejenses ex altera  
parte, non solum præterlapso, sed et  
hocce sæculo variæ dissentiones, et lites  
circa jurisdictionem ecclesiasticam in  
territorio Corbejensi exercebant, partim  
in supremis summi pontificis tri-  
bunalibus, partim vero in augustissimi  
imperatoris aula, non absque maximo  
sumptuum dispendio hucusque agitatae  
fuerint. Nos itaque status nostri ratio-  
ne habita, et sicuti principes præsertim  
ecclesiasticos hisce in partibus a-  
catholicis vicinis habitantes decet, in-  
ter utramque ecclesiam, et utrumque ter-  
ritorium nostrum veram concordiam firmare  
volentes, insimulque autem salutis  
animarum, et securitati conscientie sub-  
ditorum nostrorum consulere, omnia  
scandala ex litibus diutius protrahendis  
procedentia avertere, ausamque principi-  
bus acatholicis vicinis nostris, se hisce  
litibus intromittendi, proscindere cupien-  
tes; spiritu pacis animati, viam ami-  
cabilis compositionis elegimus; et cum  
in hac, divina assistente gratia, tan-  
dem effectum fuerit, ut propositiones  
utrinque factæ assensum Nostrium me-  
ruerint, adeoque ad metam propositam

feliciter deventum fuerit; hinc salva per omnia clementissima ratificatione, approbatione, ac confirmatione tam summi pontificis, quam augustissimi imperatoris, in articulos sequentes, rerum circumstantiis mature perpensis, concordavimus, adeoque.

De jurisdictione  
episcopi, et  
abbatis.

§. 4. 1°. = Nos episcopus, et princeps Paderbonensis dilectioni suæ abbati, et principi Corbejensi, ejusque successoribus promittimus, quod ratione jurisdictionis ecclesiasticæ hucusque controversæ nullam amplius in futurum litem movere velimus, sed illam ex nunc, et in perpetuum mox præfato reverendissimo abbati, et principi, ejusque successoribus, ac ecclesiæ Corbejensi libere cedimus, ita ut ecclesia Corbejensis una cum territorio ad illam jam nunc spectante, et quod præsentis tempore quiete possidet, sit et maneat independens, et intuitu Paderbonensis ecclesiæ dioceseos nullius, habeatque illius abbas, et princeps in clerum, et populum jurisdictionem ordinariam privative, et quasi episcopalem, hucusque sive ex speciali indulto, sive alio quocumque titulo exercitam.

De erogatione  
reddituum ec-  
clesiæ colle-  
gii Huxa-  
riensis.

§. 5. 2°. = Quandoquidem vero prædecessores nostri episcopi Paderbonenses certos quosdam redditus ad ecclesiam quondam collegiatam Huxariensem per instrumentum pacis Westphalicæ acatholicis assertam spectantes, et ex territorio nostro illuc pendi solitos sequestrari fecerunt, post autem illos inter certos a se denominatos canonicos per modum præstimosii distribuerunt, hinc circa hos redditus conventum est; quod nobis episcopo Paderbonensi, et successoribus nostris liberum sit, illos ulterius retinere, ea tamen lege, ut mortuis modernis possessoribus, aliis piis usibus, præsertim vero seminario nostro a nobis aliquot ab hinc annis in civitate Nostra Paderbornensi noviter erecto, successive applicentur.

De servanda,  
et renovanda  
abbatis inve-  
stitura.

§. 6. 3°. = Ut autem hæc concordia, et amicabilis conventio eo firmiter stabiliatur, et omnis futurarum litium zizania radicitus evellatur, ad temporales etiam controversias descendimus; et cum et has amicabiliter componere allaboraverimus, sic tandem convenimus, ut nos abbas et princeps, Corbejensis dominium directum nobis, et ecclesiæ nostræ Corbejensi super dominio Schwalenberg competens, sicuti illud ab illustrissimis comitibus de Lippia ab antiquissimis, et novioribus temporibus pro feudo recognitum est, et absque præjudicio Paderbonensis ecclesiæ

recognosci potuit, et debuit, dilectioni suæ reverendissimo episcopo, et principi Paderbonensi, et successoribus suis cedere velimus, pro ut hisce in optima, qua fieri potest, juris forma cedimus, et ita quidem ut præfatus comes renovationem investituræ ab abbatibus Corbejensibus usque huc receptam in posterum a reverendissimo episcopo Paderbonensi, ejusque successoribus erga præstationem præstandorum recipere obligatus existat, quocirca nos abbas princeps Corbejensis reverendissimo episcopo Paderbonensi omnem assistentiam, et opem spondemus, si forte a comite præfato de Lippia difficultates, vel motus judiciales, vel extrajudiciales quocumque contra hanc cessionem facere præsumat, quem in finem etiam antiquissimas, et noviores investiturarum literas una cum reversalibus, et dimmeramentis feudalibus ex parte comitum cameræ feudali Paderbonensi bona fide extrademus.

§. 7. 4°. = Renunciamus pro nobis, et successoribus nostris juri relucendi in præfecturam Bewerbungensem illiusque pertinentias a prædecessore nostro judicialiter intentato, illudque plane abolemus, liti, et causæ solemnissime renunciantes, dictamque præfecturam ab omni nexu relucitionis liberam ad ecclesiam Paderbonensem pertinere declarantes.

Renunciatur  
juri relucendi  
præfecturam  
Bewerungensem.

§. 8. 5°. = Cedimus ecclesiæ, et cameræ Paderbonensi duodecimam partem reddituum, quæ ecclesiæ sive cameræ Corbejensi ex præfectura Bewerbungensi hucusque obvenit, sicuti illa in peculiari designatione singillatim descripta et extradita est; reservamus tamen nobis, et ecclesiæ nostræ Corbejensi reliquos redditus extra specificatam duodecimam partem ex dicta præfectura Bewerbungensi hucusque perceptos, et si forte hi a subditis illos solvere obstructis debito tempore annue non solvantur, officiales Paderbonenses quamprimum ab officialibus Corbejensibus requisiti fuerint, teneantur omnem administrationem justitiæ contra morosos præstare.

Conventio cir-  
ca redditus ec-  
clesiæ Corbe-  
jensis in præ-  
dicta præfectura  
Bewerungensi  
existens.

§. 9. 6°. = Cedimus jus venationis qualibet duodecima die unius cujusque mensis in præfectura Bewerbungensi a nobis hucusque exercitum, illudque in reverendissimum episcopum, et principem Paderbonensem transferimus; quod si autem nobis aut successoribus nostris abbatibus, et principibus placeret, tempore vernali, vel autumnali per aliquot dies in propria persona in districtu cesso, recreationis causa, venationi vacare,

De jure venationis  
in eadem  
præfectura  
exercendo.

hoc nobis, et successoribus nostris una cum personis, et venatoribus nos vel illos comitantibus liberum esto, ita tamen, ut ejusmodi venatio tempore clauso, quod in territorio Paderbonensi observari consuevit, non istituatur.

De alio jure venationis, et piscationis in pago montis Jacobi nuncupato exercendo.

§. 10. 7. Cedimus reverendissimo episcopo et principi Paderbonensi pagum montem Jacobi dictum, vulgo Jacobenberg, cum omnibus agnis, sylvis, aquis, aquarum decursibus, venationibus, piscationibus illuc pertinentibus, cum omnimoda superioritate territoriali, alta et bassa jurisdictione, mulctis, ac redditibus pecuniariis ex caupona annuatim provenientius, omnibusque aliis juribus quibuscumque liti, et causæ in camera imperiali Wezlariensi circa hunc pagum pendenti solemnissime renunciantes, adeoque subditi illius pagi omnes collectas tam imperiales, quam provinciales, tam ordinarias, quam extraordinarias, ad aerarium Paderbornense pendere teneantur, et iudicibus, et officialibus Paderbonensibus tam in ecclesiasticis, et civilibus, quam in criminalibus subjecti sint, illisque in posterum solummodo pareant, quem in finem transactiones, et recessus inter episcopos, et principes Paderbonenses ex una, et abbatibus principibus Corbejenses ex altera parte, prioribus temporibus erecti penitus cassati, et sublatis sunt, nec aliquo modo contra ecclesiam Paderbonensem posthac allegentur, sed illi cum reliquis documentis, catastis, et scripturis ad jura superioritatis territorialis spectantibus episcopo, et principi Paderbonensi in originalibus bona fide extradantur. Reservantur tamen ecclesiæ Corbejensi redditus camerales tam pecuniarii, quam frumentarii, et in gallinis, ovis, et serviitiis tam jumentorum, quam hominum, et jure glandemiæ et proprietate sylvarum consistentes, quos dicta Corbejensis ecclesia a conductore ex prædio eidem locato hucusque percepit, et quos subditi, vel incolæ illius pagi eidem annuatim præstiterunt; quod si vero in solvendis hisce præstationibus mora committatur, officiales Paderbonenses, quamprimum ab officialibus Corbejensibus requisiti fuerint, omnem administrationem justitiæ contra morosos præstare teneantur.

Conventio circa subditos servitia militaria præstare devotos.

§. 11. 8. Circa subditos ex pago montis Jacobi oriundos, qui ad certos annos ad servitia militaria penes imperialem centuriam in civitate Huxariensi commorantem obeunda adstricti sunt, specialiter conventum est, ut si hi forsitan ante elapsam capitulationis tempus

militiam perfide deserant, illuc in casum deprehensionis in territorio Paderbonensi extrahendi sint, et tunc donec capitulationis tempus præterlapsum fuerit, ibidem servitia militaria continuare teneantur.

§. 12. 9. Quod ad jus patronatus in Beverungen attinet, manet illud in statu, quo nunc consistit; circa illud autem in prædicto pago montis Jacobi, a nobis abbate, et principe Corbejensi promissum est, ut hisce promittitur, quod ad parochiam illam nullum regularem, sed sæcularem præsentare velimus. Et quia etiam parochus hujus loci vel pagi, illiusque successores omnes redditus, quibus hucusque, et ille, et prædecessores sui ex redditibus cameralibus Corbejensibus gavisus sunt, pro sua sustentatione, absque diminutione retinebunt, specialis horum reddituum tam ad parochum, quam ad ædituum, et fabricam ecclesiæ spectantium specificatio erigetur, reverendissimo episcopo et principi Paderbonensi extradenda.

Conventio circa jus patronatus exercendum tam in præfectura, quam in pago montis Jacobi.

§. 13. 10. Circa exportationem frumentorum camerae Corbejensi tam in præfectura Beverungenensi, in præfato pago montis Jacobi reservatorum, aliorumque ex territorio Paderbonensi eidem annue obvenientium placuit nobis episcopo et principi Paderbonensi, ut si forsitan propter penuriam omnis exportatio frumentorum ex territorio nostro prohibeatur, hac lege ecclesia, et principalis abbatia Corbejensis non comprehendatur, sed illi exportatio frumentorum suorum cameralium, dummodo prius quantitas illorum consilio nostro intimo indicetur, incunctanter permittatur.

Alia similis circa exportationem frumentorum.

§. 14. His igitur feliciter concordatis, nos supradicti Guillelmus Antonius episcopus et princeps Paderbonensis, et nos Theodorus abbas, et princeps Corbejensis pro nobis, et nostris utriusque successoribus sincere promittimus, et data nostra fide, verboque principis interposito pollicemur, quod omnes, et singulos articulos in præsentis concordia contentos simul, et quemlibet separatim firmiter, et irrefragabiliter observare, nec contra eos quidquam in perpetuum attentare, aut permittere velimus, ut contra eosdem ulla via aut medio quocumque excogitabili aliquid per nostros unquam attentetur. Hanc præterea transactionem, conventionem, et concordiam tam a summo pontifice, quam ab augustissimo imperatore ratificari, approbati, et confirmari procurabimus, quem in finem Sanctitatem suam, et sacram cæ-

Obligatio de servanda concordia, a transigentibus omnia.

saream majestatem conjunctim humilissime implorabimus. In quorum fidem nos principaliter contrahentes nomine nostro, et successorum nostrorum manu propria has transactionis literas in quadruplo expeditas signavimus, et sigillis nostris communiri jussimus. Quæ dabantur in residentia nostra Neuhusana 4. septembris, et Corbejensi 28. septembris 1779. Guillelmus Antonius episcopus, et princeps Paderbonensis. (Sigillum) Theodorus abbas, et princeps Corbejensis. (Sigillum) Et nos præpositus, decanus, seniores, et reliqui ecclesiæ cathedralis Paderbonensis capitulares, nec non nos prior, senior, et totum capitulum Corbejensis ecclesiæ pro Nobis, et Nostris utrinque successoribus palam profiteamur, quod hæc transactio, conventio, et concordia cum consilio, scitu, et consensu Nostro fuerit erecta, ac inita, prout etiam in eadem hisce omni meliori modo consentimus. In quorum fidem hasce consensus nostri literas sigillo nostro communiri: et consueta subscriptione firmari fecimus. Paderbonæ ex capitulo generali 11. septembris, et Corbeix 30. septembris 1779. Ex speciali mandato reverendissimi, ac illustrissimi capituli Paderbonensis subscripsit. Guill. Antonius Wrede secretarius juratus s. pp. (Sigillum) Josephus de Knobelsdorff prior nomine capituli m. pp. (Sigillum). Copiam hanc cum originali transactione, et respective consensu verbo tenus concordantem esse apposito reverendissimi, et clementissimi principis Paderbonensis sigillo, nec non consueta subscriptione attestatur. Neuhusii in residentia episcopali 4. octobris 1779. Ex clementissimi principis mandato. Franciscus Josephus Göllner antefati principis expeditor a secretis m. pp. (Sigillum).

§. 15. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quæ in concordia hujusmodi statuta sunt, atque conventa bonum pacis potissimum respiciant, et quancumque imposterum adimant controversiam, hinc dictus Guillelmus Antonius episcopus, ac Theodorus abbas concordiam præfatam per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 16. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesia-

sticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati præfatam concordiam cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, eandemque concordiam ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit servandam, et exequendam esse, auctoritate, et tenore prædictis, præcipimus, et mandamus.

§. 17. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 18. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit ecclesiæ, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxiv. novembris MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.

Clausula subtilata, et decretum irritum.

Derogatio constitutionum.

Preces porrecte pro assensu, et confirmatione concordie.

Tenor notificationis.

Dat. die  
26. novembr.  
1779.  
Anno V.

CCXXXIII.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui die 16 junii visitaverint ecclesiam monasterii monialium ordinis Annunciationis b. Mariæ virginis Immaculatæ Cœlestinarum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Tenor concessionis, et descriptio operum præstantiorum pro assequenda indulgentiæ.

§. 1. **A**d augendam fidelium religionem, et animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, qui ecclesiam monasterii monialium ordinis Annunciationis beatæ Mariæ virginis immaculatæ Cœlestinarum nuncupatarum civitatis Januensis, vel quamcumque aliam ex ecclesiis monasteriorum monialium dicti ordinis ubicumque existentium die decimasexta mensis junii a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXXIV.

Dat. die  
26. novembr.  
1779.  
Anno V.

Facultas, priori generali ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis concessa, transferendi omnes fratres ejusdem ordinis e vita eremitica in conventualem, existentes in eremis beatæ Mariæ virginis de Cibona apud Tulpham et s. Bonaventuræ de Monterano.

Dilecto filio Sostenco Mariæ Fassini priori generali fratrum ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis nuncupatorum.

Pius PP. VI.

Dilecte fili, salutem,  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **A**ssidua pastoralis officii Nobis divinitus injuncti sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, et vigilantia, ad ea semper intendamus, per quæ omnes personæ præsentim sub suavi religionis jugo Altissimo famulantes in regularium, ac salutarium institutorum suorum observatione, non modo conserventur, sed ad illa integrius observanda modis congruentibus impellantur, atque antiquo candori suo, quo Domino auctore claruerunt, iterum restituantur, regulariaque eorum instituta ad divinæ majestatis gloriam, et laudem in posterum magis magisque stabiliantur, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Proemium

§. 2. Cum itaque, sicut nuper accepimus in solitudinibus, seu eremis fratrum tui ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis nuncupatorum beatæ Mariæ virginis de Cibona apud Tulpham, et s. Bonaventuræ de Monterano, aut adversa valetudine fratrum illuc degentium, aut illorum fessæ ætatis causa regularis disciplina haud retineatur, nec proinde ea, qua decet sollicitudine, ac studio animarum saluti, divinæque cultus augmento incumbi possint, vacui vero, ac prorsus irriti extiterint conatus, usque in præsens a te adhibiti ad inveniendas personas dictis fratribus surrogandas pro apostolatus Nostri munere, quo Christifidelium animas, divinumque cultum impense curare tenemur, præmissis remedium afferre volentes, aliisque rationabilibus de causis animarum Nostrum moventibus adducti, ac de tua fide, prudentia, integritate, vigilantia, et religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et in-

Ratio concessionis, et tenor illius.

terdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, tibi per præsentem injungimus, præcipimus, et mandamus, ut omnes fratres tum sacerdotes, tum laicos in supradictis solitudinibus, seu eremis b. Mariæ virginis de Gibona apud Tulpham, et s. Bonaventuræ de Monterano de præsentibus existentes de vita eremitica, ac solitaria, quam nunc profitentur, ad vitam conventualem, ac de eremis, seu solitudinibus hujusmodi ad alium conventum tui ordinis tibi benevisum Nostra apostolica auctoritate transferas, atque traducas. Nos enim tibi quamcumque necessariam, et opportunam facultatem ad præmissa omnia, ac circa ea, quæ ad hujus translationis executionem pertinent, faciendi, gerendi, dicendi, declarandi, et exequendi, ac exequi mandandi eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et imperimus.

§. 3. Quocirca motu, scientia, et potestate paribus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis omnibus fratribus tum sacerdotibus, tum laicis in duabus solitudinibus, seu eremis præfatis existentibus præcipimus, ac mandamus, ut te tamquam in hac re specialiter delegatum apostolicum reverenter suscipiant, et recognoscant, ac tibi in omnibus, et singulis præmissis prompte obediant, et obsequantur, alioquin sententiam, et pœnam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; et postquam fratres præfati dicta auctoritate fuerint, ut præfertur e vita eremitica, ac solitaria ad conventualem traducti iisdem injungimus, ut conventus a te assignandi regulis, institutis, consuetudinibus, ac regulari observantia ita pareant, ac efficaciter ea adimpleri curent, perinde ac si ab initio conventualem vitam fuissent professi.

§. 4. Decernentes præsentem litteras etiam ex eo, quod fratres præfati, et cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non con-

senserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentibus emanarint, adductæ, specificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juxta, pia, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentibus litteras semper firmas, validas, et efficaces existere; et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

§. 5. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac R. S. E. cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac eorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus

Præceptum de obediendo singulis fratribus porrectum.

Clausula sublata, et daerum irritans.

Clausula salutaris pro plenaria litterarum executione.

Derogatio contrariarum

specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

De numero fratrum subrogando veteribus eremitis.

§. 7. Volumus tamen, ac auctoritate, et tenore præfatis decernimus, ut in memoratis solitudinibus, seu eremis b. Mariæ virginis de Cibona, et s. Bonaventuræ de Monterano postquam præsentis literæ erunt debitæ executioni demandatæ perpetuis futuris temporibus tot fratres tui ordinis in locum fratrum eremitarum subrogentur, quot eremitæ pridem temporibus ibi morari consueverant, quotque ad ecclesiæ cultum, ac Christifidelium salutem necessarij reputabuntur. Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta novembris millesimo septingentesimo setpuaagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXXV.

Erectio cathedralis Carpensis

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. **I**nter plurimas apostolici ministerii curas, quibus undique premimur episcopatus eligere, ac novos in Ecclesia Dei pastores animarum instituere, si ad id aliquorum principum dexteræ comitetur auxilium, ac studium Nostrum præcipuum esse procul dubio censemus, per quod orthodoxa augeatur religio, et Christifidelibus spiritualia obveniant auxilia, ac e medio, siquæ sint, tollantur incommoda, et catholica Ecclesia Christi sponsa, novum in diem splendorem suscipiat, atque incrementum.

§. 2. Cum Nobis iunctucrit, quod dilectus filius nobilis vir Franciscus III.

Mutinæ dux pro sua eximia in Deum pietate, et in sanctam catholicam religionem reverentia præcipuo studio, summopere cupiat ad præpediendâ ea spiritualia incommoda, et detrimenta, quæ ex pastoris deficientia Christifidelibus evenire solent, quæque dudum oppidi civitatis nuncupatæ Carpensis nullius diœcesis provinciæ Bononiensis populi experiebantur ad animarum saluti melius consulendum oppidum Carpense præfatum in episcopatum, illiusque archipresbyteratus infrascriptæ collegiatæ ecclesiæ inibi dignitatis principalis existentis, prævia ejus tituli collativi suppressione, et extinctione, sive illius insignis collegiata ecclesia, quæ sicut accepimus, de jure patronatus præfati Francisci ducis ex fundatione, vel dotatione existit in cathedralem ecclesiam erigatur; Nosque ex processu confecto a dilecto etiam filio Ignatio Bussoli ejusdem collegiata ecclesiæ archidiacono subdelegato apostolico per venerabilem fratrem Nostrum Josephum Mariam Fogliani modernum episcopum Mutinensem delegatum pariter apostolicum in vim facultatis a Nobis eidem Josepho Mariæ episcopo impertitæ juxta decretum diei decimæ martii currentis anni a Nobis exaratum, constituto de necessitate, atque utilitate erectionis hujusmodi, auditisque insuper ab eodem Ignatio archidiacono subdelegato omnibus interesse habentibus, qui liberæ erectioni præfatæ consenserunt.

§. 3. Nos omnibus mature perpensis, habito prius venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregationis super rebus consistorialibus præpositæ voto, præfati Francisci ducis supplicationibus benigne annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine præfatum oppidum Carpense cum suo territorio, ac omnibus, et singulis oppidis, et locis infrascriptis juxta canonicas sanctiones episcopalis civitatis titulo, et honore decoramus, nec non præfatam insignem collegiatam ecclesiam ejusdem primodicti oppidi per Nos episcopalis civitatis titulo decorati, illiusque capitulum septemdecim canonicatus, totidemque præbendas, ac dignitates archipresbyteratum præfatum, archidiaconatum, præposituram, et decanatum, nec non quatuor mansionariatus, et quatuor perpetua simplicia, personalem tamen risidentiam requirantia, beneficia ecclesiastica consorcialatus nuncupata, pro totidem cleri-

Oppidum Carpense in civitatem erigitur, et ecclesia in cathedralem convertitur.

Dat. die 1. decembris 1779. Anno V.

Ratio pro qua erectio decretata fuit.



cis, seu presbyteris in ea respective obtinentibus compositum, qui, et quæ, sicut etiam accepimus, pariter de simili jure patronatus præfati Francisci ducis existunt, quosque, et quæ, ac dictam collegiatam ecclesiam collegialitatis, et illorum respective titulum collativum, denominationem, naturam, et essentiam eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo supprimimus, et extinguimus, illisque sic suppressis, et extinctis in ecclesiam cathedralem Carpensem eisdem modo et forma, ac cum eisdem episcopalibus insigniis, præminentibus, et prærogativis, quibus cæteri episcopatus ducatus Mutinæ, non tamen titulo oneroso acquisitis fruuntur, et gaudent cum omnimoda jurisdictione episcopali in præfata civitate Carpense, dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo erigimus.

Constitutio  
diœcesis Car-  
pensis.

§. 4. Pro diœcesi vero episcopatus Carpensis, ubi novus episcopus semper residere debet Nos loca, et oppida infrascripta videlicet = Sancti Basilii in s. Martino = Sancti Laurentii in Gargallo = Sancti Petri in Limidi = Sancti Nicolai in Cortile = Sanctæ Julię in Migliarina = Sanctæ Marię in Pantano = Sancti Martini da Secchia = Sancti Pauli in Budrione = Sanctæ Marię in Fossoli = Sanctæ Catharinę in Rovereto = Sanctæ Crucis in Pozzolo = Sanctæ Agathę in Cibino = Sanctæ Marię ad Nives in Quartivolo = Sancti Joannis Baptistę in Plebania Trebij respective nuncupata cum omnibus, et singulis aliis ecclesiis, vicariis, parochialibus, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis, sæcularibus, et regularibus in præfata civitate Carpense, ac præfatis locis, et oppidis existentibus, et commorantibus, ita ut præfata civitas Carpensis, ac loca, et oppida præfata cum omnibus, et singulis, ut præfertur, expressis in posterum subjecta sint episcopo Carpensi, prout hactenus subjecta fuerunt archipresbytero supradicti archipresbyteratus, tamquam ordinario ejusdem civitatis Carpensis, illiusque diœcesis nullius eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo adjudicamus, assignamus, et constituimus.

Dignitates capituli statuuntur, et canonicatus, præbendæ, ac mansionariatus.

§. 5. Ac archidiaconatum dictæ collegiatæ ecclesię in cathedralem, ut præfertur erectæ in dignitatem post pontificalem majorem, qui omnibus præminentibus, quæ de jure debentur gaudeat, habeatque pro sua præbenda eos redditus, quos usque adhuc percipit ejusdem collegiatæ ecclesię in ca-

thedralem ecclesiam per Nos, ut præfertur, erectæ archidiaconus, ceteras vero dignitates, canonicatus, et præbendas, mansionariatus, et beneficia præfata, ut præfertur, suppressa, et extincta in totidem dignitates, ac respective canonicatus, et præbendas, mansionariatus, et beneficia præfata, ut præfertur, suppressa, et extincta consortialatus etiam nuncupanda præfate collegiatæ ecclesię in cathedralem, ut præfertur, erectæ subrogatum, et subrogatos, ac subrogata, cum facultate eisdem capitulo, et canonicis præfatis condendi statuta ab ordinario approbanda, ac gaudendi privilegiis ad instar aliarum cathedralium ecclesiarum, non tamen titulo oneroso acquisitis præfata apostolica auctoritate, etiam perpetuo declaramus.

§. 6. Pro decenti vero novi episcopi Carpensis, ejusque in episcopatu Carpense successorum sustentatione fructus ejusdem archipresbyteratus sic, ut præfertur, suppressi, et extincti ad quadringenta circiter scutorum monetæ Romanę annuatim, ut etiam accepimus, ascendentes, nec non aliam annuam summam sexcentorum scutorum monetæ præfate, quam præfatus Franciscus dux ex suo ducali ærario constituit respective dicta apostolica auctoritate assignamus, usque dum nova mensa episcopalis Carpensis deiceps erigenda de alio æquivalenti ecclesiastico perpetuo reddito ab eodem Francisco duce provisum fuerit, ac etiam pro decenti novi episcopi Carpensis, ejusque in episcopatu præfato successorum habitatione solemnem donationem ab eodem Francisco duce in perpetuum factam unius partis sui palatii ducalis, quod in eadem civitate Carpensi in episcopalem civitatem, ut præfertur, erecta existit juxta chirographum ipsius Francisci ducis manu signatum, tum die decima martii, tum vicesima sexta maii respective mensium ejusdem currentis anni apostolica auctoritate præfata confirmamus, et approbamus.

Dos mensę episcopalis.

§. 7. Nec non jus nominandi, seu presentandi a præfato Francisco duce, ejusque in ducatu præfato successoribus infra tempus a jure præfixum Nobis, et pro tempore existentibus Romanis pontificibus personam idoneam ad ecclesiam episcopalem Carpensem primæva erectione vacantem, tam pro prima vice, ac etiam in posterum, et in futuris illius vacationibus, ea tamen lege, ut tam episcopus Carpensis primo instituendus, quam ejus in episcopatu

Jus nominandi episcopum ducibus reservatur, injuncto tamen ocre subjiciendi archiepiscopo Bononiensi.

hujusmodi successores omnes ordinariæ archiepiscopi pro tempore existentis Bononiensis jurisdictioni, uti eorum metropolitano subjecti sint, et esse debeant, salvo tamen semper jure patronatus præfato Francisco duci, ejusque in ducatu præfato successoribus, prout hactenus dictus Franciscus dux gavisus fuit super omnibus, et singulis ejusdem collegiatæ ecclesiæ Carpensis in cathedralem ecclesiam, ut præfertur, erectæ dignitatibus, canonicatibus, et præbendis, mansionariatibus, et beneficiatis præfatis clementer admittimus.

Clausula salutaris pro plena constitutionis executione, et observantia.

§. 8. Decernentes easdem præsentibus semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, et nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel causa qualibet quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ, propter quas eadem præsentibus emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliave ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, aut aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, et in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse; neque easdem præsentibus

sub quibusvis similibus; vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas, quodcumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibuslibet clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, vel in posterum edendas comprehendi; sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse, et fore.

§. 9. Sicque, et non alias, per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari, et definiri debere, irritum quoque decernimus, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Non obstantibus quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, pro tempore concessis, et con-

Derogatio contrariorum.

cedendis : quibus omnibus , et singulis , etiamsi pro illorum totis tenoribus specialis , specifica , expressa , et individua , ac de verbo ad verbum , non autem per clausulas generales idem importantes mentio , seu quævis alia expressio habenda , aut quælibet alia , etiam exquisita forma ad hoc servanda foret , tenores hujusmodi , ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso , et forma in illis tradita observata insertiforent eisdem præsentibus plene , et sufficienter expressis , et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime , et plenissime ad præmissorum effectum specialiter , et expresse , nec non opportune , et valide hac vice dumtaxat motu , scientia , et potestatis plenitudine paribus harum serie derogamus , ceterisque contrariis quibuscumque .

Præceptum de  
inscribendis  
redditibus ec-  
clesiæ in libris  
comera. ]

§. 11. Volumus autem , quod ecclesia cathedralis Carpensis per Nos , ut præfertur juxta ejus redditus de more taxari ad florenos auri quingentos , et in libris cameræ apostolicæ describi debeat , quodque in executore pro executione earundem præsentium præfatus Josephus Maria episcopus cum facultate subdelegandi deputetur , et earundem executione peracta capitulum , et canonici præfati infra octiduum vicarium capitularem eligere debeant , et attento quod in dicta collegiata in cathedralem ecclesiam , ut præfertur , erecta præbendæ theologalis , ac pœnitentiaria non reperiantur , et in seminario puerorum ecclesiastico Carpensi quatuor tantummodo alumni tunc existentis archipresbyteri servitio addicti existant mandamus , ut statim ac vacaverint in eadem ecclesia in cathedralem , ut præfertur , erecta duo ex præfatis canonicatibus ex ipsis non solum theologalis , sed etiam pœnitentiaria præbendæ præfatæ erigantur , ac in seminario præfato ad præscriptum concilii Tridentini alumnorum numerus augeatur conscientiam novi episcopi Carpensis super hoc onerantes .

Archidiaconatus  
prima dignitas capituli  
declaratur.

§. 12. Volumus etiam , quod archidiaconatus præfatus in dignitatem post pontificalem majorem præfatæ ecclesiæ cathedralis Carpensis , ut præfertur erectæ , semper , et quodocumque dum ille vacaverit a Romano pontifice pro tempore existente ad nominationem præfati Francisci moderni Mutinæ ducis , ejusque in ducatu Mutinæ successorum conferri debeat .

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis , suppressionis , extinctionis , erectionis , adjudicationis , assignationis , constitutionis , declarationis , confirmationis , approbationis , admissionis decreti , ac derogationis ; et voluntatis infringere , vel ei ausu temerario contraire : si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei , ac beatorum Petri , et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum . Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo nono , kalendis decembris pontificatus Nostri anno quinto .

Sanctio poena  
lis

CCXXXVI.

Dat. die  
7<sup>a</sup> decembris  
1779.  
Anno V.

Indultum , ut studentes , seu gradus suscipientes in sacræ theologiæ facultate in universitate oppidi , et civitatis Palensis Lascurrensis diocesis omnibus apostolicis privilegiis fruantur .

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**x injuncto Nobis divinitus pastoralis sollicitudinis munere sacrarum literarum , et præsertim theologiæ facultatis studia inter Christifideles potissimum in sortem Domini vocatos , opportunis rationibus excitare , et promovere satagimus , ac ut debitus virtuti honor rependatur libenter providemus , sicut ad omnipotentis Dei gloriam , religionis decus , et incrementum , ac catholicæ fidei præsidium cognoscimus in Domino expedire .

Procurium

§. 2. Exponi siquidem Nobis super fecerunt dilecti filii universitas in oppido civitate nuncupato Palensi Lascurrensis diocesis provinciæ Bearnæ erecta , quod alias cl. mem. Ludovicus XV. dum vixit Galliarum rex christianissimus cleri , et populi dictæ provinciæ petitionibus obsecundans ; illiusque incolarum commoditatibus , et utilitatibus prospicere cupiens crectioni dua-

Expositio præ-  
cum.

rum facultatum, utriusque nempe juris, canonici, et civilis ad artium liberalium in præfato oppido civitate nuncupato assensum suum præbuit, quæ post modum inibi erectæ, et institutæ fuerunt, ac etiam fel. rec. Benedictus pp. XIII. prædecessor Noster supplicationibus sibi memorati Ludovici regis christianissimi nomine porrectis annuens omnia privilegia, quibus ex apostolica concessione cæteræ universitates in Galliarum regni fines consistentes utuntur, fruuntur, et gaudent, tum duabus sic erectis facultatibus, tum eis, qui eisdem studuissent, indulgit, et concessit, prout in literis in simili forma Brevis die xii martii anni MDCCXXV. hisce desuper expeditis plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, nuper venerabilis frater episcopus Lascurrensis, et prædicta universitas charissimum in Christo filium Nostrum Ludovicum XVI. Galliarum regem christianissimum erectionem sacræ theologiæ facultatis rogasset, illamque erigi posse obtinuerint, prout revera fuit deinde erecta, exponentes præfati hujusmodi erectionem auctoritate Nostra apostolica approbari, ac eos, qui sacræ theologiæ sedulam operam navaverint, et exacto hujusmodi studii cursu ad doctoratum, aliosve gradus, ac etiam magisterium in eadem sacra theologia promoti fuerint eisdem privilegiis, quibus in ipsis universitatibus studiorum generalium dictæ facultati vacantes, aut ad doctoratus gradus, et magisterium hujusmodi, et præcipue in universitate Tolosana in ea promoti ex concessionibus apostolicis fruuntur, donari, ac similiter frui posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsam universitatem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et illius singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini

interpretum, qui audito prius episcopo Lascurrensi, narrata attenderunt, consilio, petitum indultum auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et impertimur; ita ut, qui supradicto sacræ theologiæ studio operam dederint, quive doctoratus, aut baccalareatus, aut licentiati, aliosve scholasticos gradus, vel etiam magisterium, servatis servandis, in eadem sacra theologia receperint, omnibus, et singulis etiam habilitationis ad beneficia ecclesiastica assequenda, quibus alii, qui sacræ theologiæ student, aut dictos gradus in præfati regni Galliarum, et signoanter Tholosana studiorum generalium universitatibus recipiunt, ex quibusvis concessionibus apostolicis quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum pari modo, et absque ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, et gaudere debeant, et valeant.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublitera, et decretum irritum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et sinodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit quibusvis, etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vii decembris MDCCXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrarium.

CCXXXVII.

Die die  
11 decembris  
1779  
Anno V.

Extensio indulti alias a S. S. concessi sub die xviii. aprilis MDCCLXXVI. super immunitate ecclesiastica militum crimine desertionis reorum, ad milites aliis excessibus reos.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardiniae rex illustris, quod alias illius precibus Nobis hisce desuper humiliter porrectis annuendo per Nostras literas in simili forma Brevis die xviii. aprilis MDCCLXXVI expeditas venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis civitatum, et diocesum sub sui dominio existentium facultatem utiles reos desertionis a quibusvis ecclesiis, et locis immunibus dictarum civitatum, et diocesum extrahendi, ac illos sub certis tunc expressis conditionibus, et formis consignandi suis respectivis praefectis tribuimus, et impertiti sumus, quodque cum facultas huiusmodi ad milites dumtaxat desertionis reos, esset cohibita, satis ea non fuit ad coercendam militarem arrogantiam; spes siquidem ecclesiastici asyli in causa erat cur ab aliis militaribus excessibus milites se se haud abstinerent, hinc turbationes, hinc etiam nova delicta non solum adversus militarem disciplinam, verum etiam ad frustrandam eam sollicitudinem, quam ipse ad conservandam inter suos subditos quietem, et tranquillitatem jugiter impendere non desistit. Cum autem hisce incommodis aliquod remedium afferre plurimum desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere dignareremur.

§. 2. Nos igitur ipsum Victorium Amadeum regem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ejusque votis, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis civitatum, et diocesum sub dominio memorati Victorii Amadei existentium per praedictas Nostras apostolicas literas die xviii. aprilis MDCCLXXVI in simili forma Brevis expeditas pro

*Bull. Rom. Tom. VI.*

militibus dumtaxat desertionis crimine reos ad omnes alios milites, qui aliquod delictum adversus militarem disciplinam, vel aliter commiserint, servatis tamen omnibus, et singulis conditionibus in memoratis literis expressis, auctoritate Nostra apostolica harum serie extendimus, et ampliamus, seu de novo concedimus, et indulgemus, nisi tamen levi crimine sint noxii, tunc quippe ad insulam Sardiniae transmitti non posse, sed praevia levi poena, suis signis dumtaxat restitui debeant, earundem serie decernimus, et declaramus. Praeterea cum non sine aliqua animi Nostri tristitia acceperimus, nonnullos inter milites praedictos, qui jam ob deserti signa ad ecclesias, et loca immunita confugerunt, quique ab eis iuxta memoratarum literarum formam extracti, ac militaribus copiis in Sardiniae insula existentibus fuerunt conscripti, hinc audentes evadere, quia in eos animadverti non posse putant, nisi eos denuo ad militiam restituendo, et ideo sub spe ecclesiasticae immunitatis nedum semel, sed etiam iterum, ac tertio castra deserunt, aliosque excessus committunt. Quamvis tamen ecclesia omnes amanter complectatur, ac patrocinetur, qui ad eam confugiunt, eos tamen, qui sua clementia, ac charitate abutuntur repellit, non ut perdat, sed ut corrigantur, ne ex illius patrocinio aliquod incommodum publicae incolumitati, ac saluti derivetur, auctoritate praedicta harum serie decernimus, ac declaramus, quod in eos milites, qui aut in desertionis, aut in alio crimine recidivi fuerint detecti, quique ad ecclesiam confugerunt, postquam denuo modis, ac formis in dictis literis expressis fuerint ab ecclesiis, aliisque locis immunibus extracti, animadverti possit juxta diversam patrorum criminum malitiam carcere etiam, vel catena compescendos, sine tamen ulla sanguinis effusione, et dummodo ne virgis, aut baculo plectentur.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicae nun-

Clausula subblata, et decretum irritans.

Expositio precum.

Tenor concessionis

cios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXXXVIII.

Dat. die  
17. decembris  
1779  
Anno V.

Concessio indulgentiæ plenariæ ad septennium assequendæ ab eis, qui oraverint pro hæresum extirpatione, quo tempore missionarii mittuntur ex ordine Prædicatorum.

Pius PP. VI.

Universis Christianis præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessio-  
nis

§. 1. Cælestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter erogamus, cum ad religionis incrementum, et animarum salutem profuturos speramus.

Cum itaque sicut accepimus, nonnulli fratres ordinis Prædicatorum, de ordinariorum, et superiorum licentia, in diversas christianæ reipublicæ provincias ad procurandam fidelium salutem mitti soleant: Nos eorundem fratrum pietatem, omniumque, ad quos illi mittentur, devotionem confovere, atque augere cupientes: omnibus, et singulis fratribus prædictis, ac alijs utriusque sexus Christianis, ad quos mittendi accesserint, Nostram, et apostolicam benedictionem per præsentem impertimur; iisdemque vere penitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, qui pro S. R. E. exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, ac hæresum extirpatione, prout unicuique suggerit devotio, ad Deum preces effuderint, plenariam, una vice tantum, tempore uniuscujusque missionis, omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium, quoad Indias vero ad quindecim annos, tantum valituris.

§. 2. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima septima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quinto.

Gratia gratis  
datur.



CCXXXIX.

Dat. die  
17 decembris  
1779.  
Anno V.

Concessio indulgentiæ plenariæ ad septennium, et quoad Indias per quindecim annos, assequendæ ab eis, qui recitaverint Rosarium beatæ Mariæ virginis.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentis literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessio-  
nis.

§. 1. **A**d augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui hora sibi assignata Rosarium beatæ Mariæ virginis devote recitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam, semel dumtaxat in anno, omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicare possint misericorditer in Domino concedimus.

Derogatio con-  
trarium, et  
fides habenda  
transumptis.

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus ad septennium, quoad Indias vero ad quindecim annos tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur præsentis nullæ sint; atque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xvii decembris MDCCLXXIX, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXL.

Dat. die  
17 decembris  
1779.  
Anno V.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ tempore celebrationis anniversariorum in ecclesiis fratrum, et monialium ordinis Prædicatorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **C**um sicut pro parte dilecti filii Balthasaris de Quinoñes magistri generalis ordinis fratrum Prædicatorum Nobis nuper expositum fuit, in singulis ecclesiis fratrum, et monialium dicti ordinis quatuor quotannis anniversaria, unum scilicet pro omnium, et singulorum fratrum, et monialium dicti, ac etiam tertii ordinis sancti Dominici defunctorum die decima mensis novembris: secundum pro eorundem fratrum, et monialium, parentum, ac consanguineorum, et affinium defunctorum refrigerio die quarta mensis februarii; et alterum in suffragium animarum familiarium, et benefactorum ejusdem ordinis die quinta mensis septembris; nec non reliquum in suffragium animarum Christifidelium in ecclesiis, et cœmeteriis tam fratrum, quam monialium dicti ordinis sepulcorum die duodecima mensis julii, seu aliis immediate sequentibus respective diebus non impeditis celebrari consueverint, Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fratrum, et monialium devotionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; ac supplicationibus dicti Balthasaris de Quinoñes magistri generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus, et singulis fratribus dicti ordinis in sacro presbyteratus ordine constitutis, qui celebraverint, plenariam, aliis vero fratribus dicti ordinis non celebrantibus, nec non monialibus prædictis vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui missæ, seu officio defunctorum in ecclesiis prædictis anniversariorum hujusmodi diebus celebrandis devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, quam etiam animabus prædictorum defunctorum, quæ Deo in charitate

Tenor declarationis, et ampliationis privilegii.

conjunctæ ab hac luce migraveriat, per modum suffragii applicari posse indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xvii decembris MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.

pum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pijs ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Prohibitio ne quid recipiatur pro expeditione literarum.

§. 2. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die xviii. decembris MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die  
18 decembris  
1779  
Anno V.

CCXLI.

Concessio indulgentiæ plenariæ ad septennium assequendæ ab eis, qui die decima quinta mensis septembris visitaverint aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium ordinis Prædicatorum a primis vesperis usque ad occasum solis.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; ac supplicationibus dilecti filii Balthasar de Quinoñes ordinis fratrum Prædicatorum magistri generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium dicti ordinis ubicumque existentem die decima quinta mensis septembris a primis vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum princi-

CCXLII.

Dat. die  
21. decembris  
1779  
Anno V.

Concessio indulgentiæ plenariæ in exercitiis spiritualibus peragi solitis a fratribus, et monialibus ordinis Prædicatorum in memoriam quadraginta dierum quibus Dominus Jesus Christus fuit in deserto.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exponi nuper fecit dilectus filius Balthasar de Quinoñes magister generalis ordinis fratrum Prædicatorum, quod in multis conventibus, et monasteriis dicti ordinis consuetum est, ut tam fratres, quam moniales eorundem conventuum, et monasteriorum quotannis in aliquod cubiculum sibi a superioribus assignatum secedant, ibi per quadraginta dies diversis exercitiis spiritualibus alternative, nempe orationibus, mortificationibus, corporis flagellationibus, seu disciplinis, et aliis, in memoriam quadraginta dierum, quibus Dominus Noster Jesus Christus in deserto fuit, magna cum devotione, et silentio vacant. Nos igitur devotionem hujusmodi cælestibus Ecclesiæ thesauris, quorum dispensatores a Domino constituti sumus, confovere volentes, ac


Tenor concessionis



supplicationibus ejusdem Balthasaris de Quinoñes magistri generalis nomine Nobis super hoc similiter porrectis inclinati; omnibus, et singulis tam fratribus, quam monialibus dicti ordinis, qui per prædictos quadraginta dies piis hujusmodi exercitiis semel quotannis operam dederint, qua vice id egerint, easdem indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, quas fel. rec. Paulus pp. V. prædecessor Noster fratribus, et monialibus prædictis, aliorumque ordinum, quæ per decem dierum spatium spiritualibus exercitiis incumbunt, concessit, apostolica auctoritate tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis

§. 2. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint, utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhibetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxii. decembris MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quinto.



CCXLIII.

Dat. die  
10. Januarii  
1789  
Ann. V.

Convitricibus congregationis sanctæ Crucis in via la Longara de urbe indulgetur, ut consequi valeant subsidia dotalia pro monachatu destinata per confaternitates urbis prædictæ distribui solitas.

Dilecto filio Nostro in alma urbe vicario in spiritualibus generali.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum sicut dilectæ in Christe filiæ convitricibus congregationis Oblatarum monasterii sanctæ Crucis in via vulgo la Longara de urbe Nobis nuper exponi fecerunt, tametsi ipsæ in congregatione præfata non aliud, quam perseverantiæ votum emittant, nihilominus puellas tam de præsentibus eidem congregationi adscriptas, quam in posterum adscribendas ad dotes, sive subsidia dotalia, quæ per archiconfraternitates, confraternitates, aliaque loca pia, et personas dictæ urbis ad effectum monachatus dispensari solent consequenda, atque obtinenda, habilitari, ac capaces reddi plurimum desiderant, quemadmodum puellis, quæ in aliis monasteriis, seu congregationibus Oblatarum, et præsertim monasteria, seu congregationes Oblatarum Camaldulensium nuncupatarum de eadem urbe recipiuntur, quæque licet pariter nullum inibi religionis votum emittant, ad dotes tamen, sive subsidia dotalia hujusmodi ex benigna prædecessorum Nostrorum dispensatione admitti consueverunt; Nobis propeerea dictæ exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcui.

§. 2. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, ac quorumcumque testamentorum, aliarumque etiam ultimarum voluntatum, ac dispositionum tenores, et alia quæcumque etiam spe-

Tenor concessionis.

cificum et individuam mentionem, et expressionem requirentia presentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregationi episcoporum, et regularium praepositorum, attenta tui relatione, consilio, circumspeditioni tuae per praesentes committimus, et mandamus quatenus convictricibus praedictis, ut ipsae dotes, et subsidia dotalia pro monachandis destinata a quibuscumque archiconfraternitatibus, confraternitatibus, aliisque locis piis urbis praedictae, ac personis quibusvis, ad quas dotium, et subsidiorum dotalium hujusmodi dispensatio, seu distributio nunc spectat, et pro tempore spectabit consequi, et obtinere libere, licite, et valide possint, ac valeant; ita tamen, quod eadem congregatio in forma juris valida se obliget de restituendo dictas dotes a locis piis ipsis exponentibus oblatas in casu non perseverantiae auctoritate apostolica pro tuo arbitrio, ac prudentia concedas, ac indulgeas, dictasque convictrices ad praemissa habiles, ac habiles, et capaces declares.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus quorumvis testatorum, et piorum largitorum etiam ultimis voluntatibus, et dispositionibus, quas propter praemissa sufficienter, et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non archiconfraternitatum, confraternitatum, aliorumque locorum piorum praedictorum, et aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes non intendimus supradictam congregationem in aliquo approbare. Datum Romae apud

sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXLIV.

Supprimatur conventus fratrum B. M. V. de monte Carmelo terrae Sorraniae Parmensis diocesis, ejusque bona applicantur orphanotrophio ejusdem terrae.

Venerabili fratri episcopo Parmensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **I**n supremo militantis Ecclesiae solio per ineffabilem divinae clementiae abundantiam, meritis licet imparibus, constituti, ac Nobis conceditum pastoralis sollicitudinis officium, quantum in Domino possumus omni ex parte implere satagentes, providentiae Nostrae intuitum ad ea omnia intendere non omittimus, quae ad regularem praesertim disciplinam inter personas sub suavi religionis jugo Deo proprius famulantes conservandam, restaurandamque, ac ad animarum salutem spectare dignoscimus, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Proemium.

§. 2. Sane exponi Nobis nuper fecit dilectissimus in Christo filius Noster Ferdinandus regius Hispaniarum iofans, quod in terra Sorraniae Parmensis diocesis conventus ordinis fratrum beatae Mariae de monte Carmelo congregationis Mantuanae existit, qui juxta tui relationem nunquam fuit de observantia, ac in eo ob tenues redditus requisitus ab apostolicis constitutionibus religiosorum numerus residere minime potuit; ac ipsi propterea impares fuerunt, regularem observantiam in suum candorem retinere, ac animarum salutis juxta illius instituti regulas efficaciter incumbere, eamque promoveri.

Hispaniarum iofans refert quomodo monastica observantia neglecta continua fuerit conventu, cujus suppressionem ex postulat.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, in eadem terra Sorraniae jam fundatum reperitur orphanotrophium nullius quasi census, utile vero, ac proficuum foret terrae praedictae quoties, praevia memorati conventus omnimoda suppressione, illius

Flagitat aequae ut ejus bona concedantur orphanotrophio eodem in loco existenti.

Dat. die  
12 januarii  
1780  
Anno V.

redditus, jura, et actiones orphanotrophio prædicto unirentur, ac incorporarentur, illique revera uniri, ac incorporari memoratus Ferdinandus summo petere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Annuit utri-  
que præci pon-  
tífex, dato ma-  
nere executio-  
nis episcopo  
diocesano.

§. 4. Nos igitur justis votis assensum esse præbendum, justisque petitionibus aures accommodandas, præsertim cum illorum, apud quos auctoritatem Nostram interponimus, dignitas, ac propria virtutum merita fiduciam dant, eorum spectatæ in hanc sanctam Sedem voluntatis, fidei, ac devotionis obtinendi incrementum, intelligentes, et ipsius Ferdinandi votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut memoratum conventum fratrum ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo in terra Sorranæ hujus Parmensis diœcesis existentem auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac suppressum, et extinctum esse declares, et subinde omnia dicti conventus sic suppressi bona, redditus, jura, actiones, ac missarum, aliorumque onera orphanotrophio memorato dicta auctoritate unias, et adnectes, et ad illud transferas, applices, et appropries, ac incorpores, et præterea præcipias, et mandes, ut missarum, aliorumque onera, quibus dictus conventus gravatus reperitur, ex redditibus prædictis adimpleantur, et adimpleri debeant; utque insuper annua scuta centum quinquaginta conventui fratrum ordinis prædicti Parmæ existenti per orphanotrophium prædictum præstentur, decernas, eademque auctoritate declares.

Clausula salu-  
tates, et irri-  
tantes.

§. 5. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus, quatenus Derogatio con-  
trariorum. opus sit quorumcumque testatorum, qui missarum, aliorumque onera in ecclesia dicti conventus adimplenda reliquerunt, etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, ac ordinis, et conventus prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, expressio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die duodecima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo, pontificatus Nostri anno quinto.



Dat. die  
19. Januarii  
1780  
Anno V.

CCXLV.

Confirmatur fundatio seminarii clericorum in civitate Chelmensi facta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Prostrum

§. 1. **P**ræcipuæ summi Ecclesiæ catholicæ pastoris partes sunt in iis omne studium, operamque impendere, per quæ religioni, et bonis artibus consulatur.

Expositio præcum super præfecta seminarii erectione in diocesi Chelmensi.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit venerabilis frater Maximilianus episcopus Chelmensis ritus Rutheni, quod ipse pro eximio, quo flagrat catholicæ religionis, et ecclesiasticæ disciplinæ zelo, seminarium clericorum in sua diocesi fundavit, attributis pro ejusdem dote fructibus centum mille florenorum monetæ Poloniæ, et electis in regentem, professores, et procuratores ejusdem seminarii monachis ordinis sancti Basili magni provinciæ Lithuanicæ. Cum autem ad evitanda incommoda, quæ ad hujusmodi fundationem labefactandam insurgere aliquando possent, electionem monachorum hujusmodi in regentem, professores, et procuratores dicti seminarii, ut præfertur, factam confirmare, ac alias, ut infra, a Nobis provideri summopere cupiat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatur erectio, et canonice facta declaratur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Maximiliani episcopi erga Dominicum gregem sibi commissum diligentiam, studium, animique contentionem plurimum in Domino commendantes, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum consilio, fundationem seminarii clericorum hujusmodi, nec non electionem regentis, professorum, et procuratorum ejusdem seminarii in personas monachorum prædicti ordinis sancti Basili magni provinciæ Lithuanicæ a memorato Maximiliano episcopo, ut præfertur, factas auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis aposto-

licæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

§. 4. Præterea, ut dicti seminarii regimen apud eodem monachos in perpetuum permaneat, et summa ab eodem Maximiliano episcopo pro fundatione hujusmodi erogata, eidemque seminario attributa nullo unquam tempore in alios usus converti, aut ullo modo a suis in dicto episcopatu successoribus amoveri possit statuimus, decernimus, et declaramus.

Ejus perpetuo regimini consulitur.

§. 5. Decernentes easdem literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secum super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ ecclesiæ Chelmensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die decima nona Januarii millesimo septingentesimo octuagesimo, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrarium.

Dat. die  
1 Februarii  
1780  
Anno V.

CCXLVI.

Subrogatur archiepiscopus Remensis in locum episcopi Suessionensis ad supprimenda monasteria monachorum Cælestini in civitate, et diœcesi Suessionensi existentia etc.

Venerabili fratri archiepiscopo  
Remensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.

Memoratur  
quæ fuerint  
præcepta a  
Clemente XX  
circa suppressio-  
nem mona-  
chorum Cæle-  
stinorum in  
Gallia regno.

§. 1. **A**lias, cum pro parte claræ memoriæ Ludovici XV., dum vixit Francorum regis christianissimi felicitis recordationis Clementi pp. XIV. prædecessori Nostro delatum fuisset, in domibus monachorum Cælestini existentibus in regno Galliarum regularem disciplinam ita esse collapsam, ut nihil ex iis ornamenti, et utilitatis, plurimum vero detrimenti, offensionis, et scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse, pro pastoralis officii debito, piissimis ejusdem Ludovici regis votis annuendo; facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum concessit ad annum duraturam, ut tamquam ejus, et apostolicæ Sedis delegati domos monachorum Cælestini in suis respective diœcesibus existentes visitarent, ac sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandæque consuetudines irrepissent, et opportuna remedia adhiberent: quod si vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset, quodcumque instaurandæ regularis disciplinæ studium, et conatum, modumque excogitarent, ac viam proponerent, qua eidem Clementi prædecessori communicata, illud deinde de prædictis monasteriis, vel omnibus, vel aliquibus, deque ejusdem ordinis personis decerni posset; quod divino cultui, Christianidelium bono, ac eorundem monachorum conscientia tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias, prout in ipsius Clementis prædecessoris desuper in simili forma Brevis die prima martii 1773. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Boll. Rom. Tom. VI.

§. 2. Cum autem venerabilis frater modernus episcopus Suessionensis Nobis exposuerit, quod earundem literarum vigore ea, qua par est, diligentia, zelo, et charitate visitatio prædicta a se peracta fuerit monasterii de Ville Neuve nuncupati in ipsa civitate Suessionensi, monasterii sanctæ crucis d' Offemont nuncupati, et monasterii sancti Petri a la Chart pariter nuncupati in sua Suessionensi diœcesi existentium, et quamvis omne studium, omnemque curam adhibuerit, ut viginti sex monachos familias dictorum trium monasteriorum constituentes, et juxta præscripta in capitulo generali ejusdem ordinis in dictorum respective monasteriorum filios declaratos ad regularis disciplinæ observantiam revocaret, omnia tamen in irritum cesserunt, quippe quia ipsi monachi monitis, consiliisque hujusmodi dictorum potius monasteriorum suppressionem præferendam esse duxerunt; serio itaque perpensis omnibus in visitationibus hujusmodi ab eo gestis, consideratisque universis rerum, et personarum circumstantiis, cum spes omnis deficeret restituendi in iisdem monasteriis regularem vivendi rationem per Nostras literas in simili forma Brevis die xxx. septembris anni MDCCLXXXVIII. expeditas suppressendi, ac extinguendi monasteria prædicta cum certis tunc expressis conditionibus, et modis, et latius in iisdem prædictis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, continetur.

Eorum suppressionem præcepit etiam pontifex commisso munere episcopo Suessionensi

§. 3. Verum cum ob nonnullas superventas causas, ac rationes memoratus episcopus Suessionensis a literarum prædictarum executione se abstinere duxerit; Nobisque propterea carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Francorum rex christianissimus exponi fecerit, quod ipse fraternitatem tuam in locum memorati episcopi Suessionensis ad effectum dumtaxat monasteria prædicta in diœcesi Suessionensi existentia supprimendi, cæteraque omnia exequendi in memoratis literis expressa subrogari summo opere desiderat. Hinc Nos memorati Ludovici regis christianissimi votis annuere cupientes, ac supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ facultatem, atque potestatem monasterium de Ville Neuve nuncupatum in civitate Suessionensi, monasterium sanctæ crucis de Offemont nuncupatum, et monasterium sancti Petri a la Chart pariter nuncupatum monachorum Cæle-

Episcopus minus executioni committere non potuit, et alius executor ei propterea subrogatur.

stinorum in prædicta SuceSSIONENSI diœcesi existentia supprimendi, ac omnem regularem eorum qualitatem perpetuo in eis extinguendi auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur. Tibique, ut omnia bona tam stabilia, quam mobilia, semoventia, jura, et actiones ad monasteria hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existant in alios pios usus, in ipsa tamen diœcesi SuceSSIONENSI, assignare, et applicare libere, ac licite possis, et valeas auctoritate, et tenore prædictis concedimus, ac indulgemus.

Consultur per  
sonis monacho  
rum integram  
constituen-  
tiam familiam  
monasterio-  
rum suppri-  
mendorum.

§. 4. Quod vero attinet ad personas viginti sex monachorum integram familiam dictorum monasteriorum constituentium, ut ipsis, vel permanendi, quoad vixerint, extra claustra sui ordinis in habitu presbyterorum sæcularium, et sub obedientia diœcesani loci, in quo morari contigerit, vel etiam si aliquis eorum pristini sæ vitæ instituti impense studiosus regularem, ac communem vitam sectari mavit, quam extra claustra in habitu presbyteri sæcularis degere, ei monasterium de Marcousis nuncupatum Parisiensis diœcesis, intra cujus septa religiosa vivere possit concedendi facultatem tribuere possis, et valeas pari auctoritate, et tenore impertimur. Volumus autem, et earumdem tenore mandamus, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem monasterii tan illius priori, quam cæteris monachis prædictis, vel in memorato monasterio Marcousiensi, vel in habitu presbyterorum sæcularium extra claustra viventibus ea annua assignetur portio, quoad vixerint, duratura, quæ tuo arbitrio, et prudentia sufficiens, atque congrua judicabitur.

Clausula su-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate fungente scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel

specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis, ac monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima februarii millesimo septingentesimo octuagesimo, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXLVII.

Dat. die  
1 februarii  
1780  
Anno V.

R. P. D. Passionei deputatur in commissarium apostolicum ad effectum se conferendi ad lacum Trasimenum, ibique tractandi cum deputatis magni ducis Hetruriæ de modo, quo canalus navigabilis aperiatur.

Dilecto filio magistro Benedicto Passionei in utraque signatura referendario, et venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium aquarum status pontificii negociis præpositorum a secretis,

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem,  
et apostolicam benedictionem

§. 1. **C**haritatis zelus, quo Nos, Præmium. et dilectissimus in Christo filius Noster Petrus Leopoldus archidux Austriæ regis Bohemiæ princeps, ac magnus Hetruriæ sibi subjectæ dux erga populos Nostros respective temporalibus dominiis subjectos, ac inter se finitimos jugiter afficimur, Nos admonet, ut instantis studiis, ac sollicitudinibus, ea omnia, quæ iisdem populis utilia, et

commoda futura fore dignoscuntur, summopere curemus.

Memoratur deputatio congregationis ad referendum de statu aquarum et constructione canalium.

§. 2. Alias sane Nobis pro parte memorati Petri Leopoldi archiducis Austriae, et magni ducis supplicatum fuit, ut illam aquarum lacus Trasimeni portionem, quae nunc per illius ambitum exundat, illumque tenet, ad novum canalem navigabilem per Cortonensem suam provinciam dictam aquae portionem derivantem construendum, ei benigne concedere dignaremur; quamobrem Nos hujusmodi supplicationibus obsecundare cupientes, quin tamen ullum detrimentum, aut damnum ex hujusmodi aquarum derivatione Nostris subditis oriretur, dilectum filium magistrum Ferrantem Loffredo in utraque signatura referendarium, et civitatis Nostrae Perusinae, illiusque comitatus, et districtus gubernatorem in commissarium elegimus, et deputavimus, ut una cum dilectis itidem filiis canonico Pio Fantoni matheseos professore, ac Petro Paulo Qualeati ad faciem loci se conferret, ac omnibus diligenter juxta tunc praescriptas leges, et condiciones pensatis, quae animadversa essent, ad Nos referri curasset, ut deinde, quae forent opportunitiora, statueremus, prout in literis in simili forma Brevis die xii aprilis anni MDCCLXXIX. expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Deputatio alterius commissarii apostolici ut accedat in rem praesentem, et consulat prout melius sibi videbitur.

§. 3. Verum cum nuper post maturiorem rerum considerationem compertum sit, magis proficuum utriusque status subditis futurum fore, ac etiam sumptibus parci, quoties canalium navigabilis praedictus inferius ad vallem della Tresa aperiatur, quam si ad locum del Borghetto, ut prius intendebatur, in praedicta memorati magistri Ferrantis in apostolicum commissarium deputatione incisus fuisset, ac insuper, memoratus Petrus Leopoldus archidux Austriae, et magnus dux exundantes aquas torrentis Tresa in canalem cohibere magnopere exoptet, Nos, qui ejusdem Petri Leopoldi votis, quantum in Domino possumus, annuere exoptamus. tuam propterea prudentiam, ac fidem in hac re tam gravi adhibere constituimus; singularis siquidem tuae erga Nos, et apostolicam Sedem devotionis affectus, nec non fides, prudentia, doctrina, aliaque virtutum merita, quibus te, auctore Domino, novimus insignitum, Nos inducunt, ut in hoc

Bull. Rom. Tom. VI

arduo apostolicae Sedis negotio tua opera libenter utamur, illudque tuae fidei committamus: te itaque in Nostrum, et apostolicae Sedis commissarium una cum memorato canonico Pio Fantoni, ac cum duobus Nostris architectis, ut cum eisdem ad faciem loci te conferas, ac illuc loci situationem, ac plani declivitatem examines, quomodo etiam aquas exundantes praedicti torrentis Tresa, ne jugiter in subjectas populorum finitimorum terras irrumpant, per canalem ducere possint cognoscas, auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium constituimus, et deputavimus.

§. 4. Volumus tamen dum haec omnia perficere studes praec oculis semper tractatus jamdiu inter duos status annis 1664., et 1665. firmatos habeas, ut inde quae in tua commissione hujusmodi expleta sunt referre cures, ac Nos, quae in Domino opportunitiora esse arbitrabitur, statuamus. Tibi insuper committimus perpendere, num ad os lacus Trasimeni canalium navigabilis ad locum vallis di Tresa potius, quam ad alteram jam in memorata commissione magistri Loffredo expressum incidi possit cum majori subditorum utilitate, ac etiam minori sumptu, servatis tamen conditionibus, ac legibus in literis tunc expeditis expressis, quoad limen immobile vulgo Soglia, nec non quod Molestrina ab ea aquarum praedicti lacus portione, quae nunc per antiquum emissarium la Cava nuncupatum fluit, aliique usus, quibus eadem aqua in ecclesiasticae ditionis subditorum commodum, ac utilitatem inservit, sartecta tueantur. Demum tibi injungimus, ut ea omnia, quae per te cum tuis adjunctis ad hanc commissionem explendam, examinanda, observanda, ac etiam referenda erunt, prius cum dilectis filiis deputatis a memorato Petro Leopoldo archiduce Austriae magno duce disponas, ac convenias, ut inde de communi consensu, tam grave, ac arduum negotium cum populorum utilitate confici possit.

Leges injunctae eidem apostolico commissario.

§. 5. Mandantes propterea dilectis filiis civitatum, et locorum status ecclesiastici gubernatoribus, potestatibus, nec non communitatibus, universitatibus, et hominibus, officialibus, et executoribus quibuscumque, quatenus tibi favorabiliter assistentes in praemissis pareant, ac operi auxilium, et obsequium praestent; teque tamquam Nostrum, et Sedis apostolicae commissa-

Omnibus praecipitur, ut eum in commissarium recognoscant, et obtemperent si fuerint requisiti.

rium recipiant, et recognoscat, non permittentes te quomodolibet molestari, vel impediri.

Derogatio con-  
trarium.

§. 6. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Ro-

mæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die prima februarii millesimo septingentesimo, octuagesimo, pontificatus Nostri anno quinto.

